Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

~~[illegible]~~

~~L. 21.~~

UW 235
F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

A. 7. IK. Lew. 98.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

169 ~~V. 233~~

Elsevier

~~v.° Motteley n.° 195~~

Motteley n.° 1956

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

PETRI BAPTISTÆ BURGI
GENUENSIS

DE BELLO SUECICO COMMENTARII,

QUIBUS
GUSTAVI ADOLPHI, *Suecorum Regis, in Germaniam expeditio, uſque ad ipſius mortem comprehenditur.*

Editio ultima figuris æneis adornata.



Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

LEODII.

Apud Henricum Edelmannum,
Anno CIƆ IƆC XLIII.
Superiorum permiſſu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO PRINCIPI,

AC DOMINO

D. FRANCISCO CARD. BARBERINO.

S. R. E. VICECANCELLARIO.

EPHEMERIDEM eorum, Eminentiſſime Princeps, quæ Bello Suecico in Germania geſta ſunt, perquiſita quantum potui veritate, memoriæ cauſa conſcriptam, cum ſuperiori menſe Pragam in ſtativa ſeceſſimus, in ordinem mihi digeſſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ram, decreveramque opportunè finito bello, ipſius hiſtoriam deſcribere; ſed amici tumultuarium, atque utcunque deſcriptum opuſculum exigunt, nec poſſum, quin amicorum petitionibus morem geram, & publici juris faciam; Audeoque tuum ambire patrocinium, qui Patronum habere percupio, cujus me excuſet benignitas, & defendat authoritas; Qualem te mihi futurum ſpero, ubi veritati (quam à te vehementer diligi intelligo) me ſtuduiſſe comperies. Neque velim me ideo temeritatis damnares, ſi ingenii mei primitias, incomptum inornatumque munuſculum tibi, quem majora negotia requirunt, legendum porrigo, ſed animum humillime offerentis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tis, qui tibi una cum hiſce paginis ſe dedit, æqui bonique conſuleres, ac faveres tui obſervantiſſimo, dum Eminentiæ tuæ veram felicitatem obſequentiſſime præcatur. Vale Pragæ IX. Calendas Februarii 1633.

Eminentiæ Tuæ Dedititiſſimus.

PETRUS BAPTISTA BURGUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

AD LECTOREM ADMONITIO.

SI hæreticorum ſuperſtitionem alicubi religionem, Lutheranos, Evangelicos, captioſa Lutheri dogmata, verbum Dei ab hæreticis hominibus in hiſce Commentariis falſo appellari invenies, non ideo dictum putes, quod ego talia eſſe aſſeram, ſed me ita ſcripſiſſe credas, quia voces eorum expreſſerim ex ipſorum ore loquutus. Cæterum me Romanæ, hoc eſt Catholicæ, Orthodoxæque Eccleſiæ obſequentiſſimum ſcias, & nihil, quod ab ipſius veritate declinet, profiteri.

PE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Petri Baptistæ Burgi Commentariorum.

De Bello Suecico.

Liber Primus.

Breviarium Libri.

1. *Imperialis dignitatis in Auſtriacis continuata poſſeſſio Germaniæ, alioſque Principes movet; horum conſilia.*

2. *Sueciæ ſitus, religio, & vires: Guſtavi bella, ad eum Germanorum Principum Legationes, & præparationes ad bellum.*

3. *Guſtavi ad Imperii electores litteræ; tractatur fruſtra Gedani pax: Suecici belli primordia.*

4. *Comitiis Ratisbonenſibus pax inter Germaniæ Principes concluditur, dimittitur exercitus Cæſaris exauctorato Volleſtaino: Caroli Auriæ Legati Hiſpanici pium facinus.*

5. *In Pomerania Contius ſe contra*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Suecos munit. Guſtavus habitis Stocholmiæ comitiis ordinum Regni, ex Suecia cum exercitu ſolvit.

6. *Guſtavi in Germaniam appulſus, progreſſus primi.*

7. *Contii adverſus Suecum conſilia, hujus bellicæ artes: Contius Stetinum immittere præſidium conatur.*

8. *Guſtavus Stetinum occupat: Cum Bogiſlao Pomeraniæ Duce paciſcitur, & Stargardia potitur.*

9. *Bogiſlaus apud Cæſarem ſuam defectionem excuſat; Cæſariani regionem circa Stetinum depopulantur.*

10. *Tyllius Magdeburgum affigit, civitate Chriſtianus Guilielmus præſto adest; variæ velitationes, donec Tyllius eam civitatem obſidione cingeret.*

11. *Guſtavus ab Electoribus, & Cæſare litteras accipit: Brandemburgico Electori privatim ſcribit, Chertium ad Cæſarianorum munimenta viſitanda tendit, ubi magnum vitæ diſcrimen ſubit: novos milites habet, fiunt tranſactiones*

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

de redimendis captivis: Pomerani in verba regis jurant, ipſe in Megapolim ſolvit.

12. *Cæſariani Pasbaldiam ſpoliant, Stetinum fruſtra tentant.*

13. *Guſtavi in Megapolim expeditio, ad Megapolitanos & Roſtochienſes mandatum; Cæſariani Roſtochium aſtu novum præſidium introducunt.*

14. *Lauvemburgici exercitus collectio, progreſſus, & extinctio: Colbergæ obſidio à Suecis.*

15. *Contius Megapoli ſubſidium mittit, Cæſariani nequicquam Colbergam obſidione liberare nituntur:*

16. *Prætoriam Viſmarienſis claſſis vadis hærentem, & à Suecis obſeſſam Lubecenſes ſervant; queritur de hoc facinore Guſtavus. Brandemburgicus Suecicis partibus palam accedit.*

17. *Cæſar militibus leges præſcribit, novos delectus inſtituit, reliquias ſui exercitus ex Italia revocat: Catholici fœderis Principes milites colligunt, ut Cæſari aſſiſtant.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Geſta hæc majori ex parte anno M DC XXX.

I. IUs Romani Imperii Stephanus Secundus Romanus Pontifex à Gręcis ad Gallos tranſtulit, cum Orientalium Imperatorum abſentia, aut ignavia Occidentalium rerum ſtatum defenſoris indigere & præſentia, & cura expertum eſt: Jus idem Gregorius Quintus extincta Magni Caroli ſobole Germanis dedit, electivam nempe dignitatem, non hæreditariam ut ſpe ipſius conſequendæ, poſt obitum pro tempore Imperantis cæteri principes ad virtutes invitarentur, paterenturque libentius Imperii potitum: Electio penes certos Electores decreta, qui in Germaniæ liberis civitatibus congregati, Romanorum Regem eligerent, non ante Imperatoris nomine appellandum,

quam

quam confirmationem dignitatis,& Imperatorium diadema à Romano Pontifice reciperet. Hanc ſibi authoritatem Electores pluribus ſæculis conſervavere, debilem ſemper, & viribus non pręſtantem cęteris Principem ad eam dignitatem promoventes, periculoſum rati, ſi potentem admitterent, quem poſtea niſi captis armis, turbataque Republica, non pro libito poſſent deponere: Hoc idem liberarum civitatum ſtatus videbatur expetere, quæ libertati ſtudentes, Imperatoris potentiam averſabantur: A ſucceſſione præterea annuente etiam Pontifice abhorrebant, verentes, ne Imperialis poteſtatis continuatus ſucceſſione uſus in tyrannidem declinaret, conciliatis ſubditorum, ſociorumque animis, qui ob longævum imperantis familiæ dominium, non Rempublicam, ſed Imperatores agnoſcerent: Hic diu valuit ſtylus, donec

in Catholicam fidem furentibus Luthero & Calvino Germania omnis diſtracta dehiſceret; defuncto enim tunc temporis Maximiliano Carolus eſt ſubſtitutus, ex filio nepos, continuata tertio Catholicorum Electorum opera in Auſtriaca familia ſucceſſione, ut ipſius potentia naſcentes hæreſes ſupprimerentur, & periclitanti in Germania fidei ſuccurreretur; utili quadantenus ad hunc finem conſilio, ſed ad Electorum, Imperiique libertatem pernitioſo, cum potentia Caroli Auſtriacorum res adeo firmatæ ſint, ut Imperialis dignitas, haud interrupta ſucceſſione, in ea familia ad præſentem uſque Ferdinandum duret; quamquam majori Germanorum Principum parte contranitente, iis vero præſertim, qui Luthero, aut Calvino adhærent, nam hi non ſemel arreptis armis rerum ſtatum non leviter perturbavere, ut enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

libertatis ſtudioſa, ita belli avida gens eſt, adjecto inſuper religionis (ni religionem hæreticorum perfidiam appellare eſt nefas) prætextu facile in arma proruebat: quæ haud tam facile deponebat deinceps ſuperſtitionis tenax: verum hæc Auſtriacos moleſtaverunt quidem, ſed viribus bene firmatos parum afflixere, & hiſce narrandis non defuere decora ingenia; neque mihi conſilium antiqua repetere, ſed propoſitum de iis, quibus aut interfui, quæve ex fide dignis percepi ſine ira & ſtudio, quibus careo, aliquid breviter tradere, initio facto ab Suecorum Regis in Germaniam irruptione, periculoſa & gravi Catholicæ Reipublicæ, quaque fere Auſtriacorum res cecidiſſent, ni Deus opportuniſſimo, atque inſperato remedio contra hoſtem fidei Catholicis ſubveniſſet: prius tamen de hujus belli cauſis aliquid dicam. Poſtquam Fer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



Ferdinandvs II. D.G. Imper Semper Avgvstvs, Germ, Hvng et Boh Rex.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



FERDINANDVS III.D.G.IMP.SEM.
AVG. GERM. HVNG.ET BOH.REX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

dinando filio Hungariæ Boëmiæque Rege coronato, concluſaque cum Chriſtiano Daniæ Rege pace, Cæſar Ferdinandus ad majora animum applicare, eſt viſus, miſſo in Italiam contra Mantuæ ducem exercitu; vulgatumque paſſim tentaturum illum, ut filius ad Romanorum quoque regnum promoveretur, dubitare Principes Imperii Electores præſertim, & ſuſpicari, ne ſua privilegia in oblivionem caderent, & Imperii violarentur leges, quod propemodum Auſtriaci, continuata tot annorum hæreditaria ſucceſſione præſcripſiſſent: Suſpicionem augebat vulgata fama, qua ferebatur, non ante Hiſpaniarum Regis ſoror Hungariæ, & Boëmiæ Regi deſponſata, ipſi nuptura, quam ille Romanorum Rex eligeretur. Scilicet his moti Germaniæ Principes diſſerebant; ſub tot Auſtriacis Cæſaribus Imperatoriam dignitatem unius fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

miliæ quaſi hæreditatem fuiſſe, unde fere ſervitus nata; redituram libertatem, quando Cæſares libere eligi inciperent; Atqui hoc in dies difficilius reddi, nam immiſceri rebus Germaniæ Hiſpanos callidam gentem, Imperii avidam, faſtu, fortuna, potentia elatam: jamque hos non ſpernendam Germaniæ partem ſpoliato domino naturali poſſidentes, ulteriora præſenti matrimonio moliri; & quid conari Cæſarem exercitibus omni occupata Germania, neque iis exceptis locis, quæ Catholici fœderis militibus debebantur, quam ut Electores ad libitum cogeret? Detineri ideo in Italia Gallum, qui Mantuano Duci ſubſidio venerat, ne comitia, quæ ſpecie pacis, animo ſervitutis Germanicæ procurandæ, Ratiſbonæ Cæſar indixerat, turbaret, interrumperetque, quæ ipſe molitus eſſet; Imperatoriam enim dignitatem ambire Ludovicus Galliarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

liarum Rex perhibebatur: Addebatur hæreticis ſuperſtitionis zelus; pulſos ex Boëmia, Auſtria, & reliquis Germaniæ regionibus, quibus Cæſar dominaretur, novæ religionis profeſſores; quid facturum filium, qui ſi rerum potiretur, majores habiturus eſſet vires, quam pater? Natum ex Catholico Principem, inter Catholicos ſemper educatum, ideo cum Hiſpaniarum Rege, qui Catholici nomine gloriaretur, priſcam conſanguinitatem recenti affinitate renovare, ut conjunctis cum ipſo viribus, religionis ſpecie adacto jugo, Imperii Principes propriis ſedibus deturbaret. Quid religionis prætextu ambiretur, Fridericum comitem Palatinum Rheni, Adolphum Fridericum, & Jo. Albertum fratres Duces Megapolitanos teſtari; jam & hoc in reliquos Cæſarem moliri, repletis milite Provinciis, & jam non ſe domi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſuæ, ſed Volleſtainum, ſed milites dominari: experientia non opus ulterius, arma capeſſenda, tuendum non jus Imperii, non religionem ſolum, ſed ditionem, liberos, vitam. Fovebat hos motus Anglorum Rex Carolus, non tantum inveterata in Auſtriacos, & Catholicos ſimultate, ſed nuperrimo odio ob depulſum ex Palatinatu Rheni ſororis virum: Augebant Confœderatorum in Belgio ordines, ut ſubſidia Cæſaris Hiſpanis adimerent, ipſi interea debilitatum hoſtem ex toto Belgio pellerent. Sed & Galliarum Rex hos conatus impellere dicebatur, novis inſuper injuriis in Auſtriacos irritatus, ob bellum Italicum, adjecta quoque Imperii ambitione; neque ſuſpicio defuit, quin nonnulli Italiæ Principes Hiſpanorum, Auſtriacorumque, aut dominium exoſi, aut potentiam veriti ad hæc ipſa concurrerint: ſed in abdito hæc ſunt, ina-

niſque

niſque hactenus hæc ſuſpicio fuit, neque auderem ego quicquam affirmare, cum nullum adhuc hoſtilitatis affectum non ab Italis modo, ſed neque ab externis Catholicis Principibus Auſtriaci in Germania ſint perpeſſi; At hæretici liberæque Germaniæ civitates agitare conſilia clam cœperunt de belli gerendi modo; præcipua nempe erat difficultas (milite namque, & pecunia non carebant) quem ducem exercitui præficerent: Germanum Principem eligere decorum ducebatur, neque deerant qui tanto oneri pares eſſent, ut qui plura ſtipendia in utraque Germania emeriti, vulnerum cicatrices militarem laudem oſtentarent: In his tamen deſiderabatur authoritas; nam cum inter pares æmulatio obſequii impedimentum vigeat, nemoque ex Germanis Principibus alteri cedat, difficile videbatur futurum, ut cæteri alicujus ex

ſibi

ſibi paribus Imperium paterentur. Addebatur, quod ſi tyrannis exercitus ducem invaderet, non facile futurum eſſet remedium contra eiuſdem gentis virum, cui non eſſent defuturi cognati, & fautores quocumque animum verteret: Atque, quod magis huic ſententiæ officiebat, ſi aliquis in Germania militarem delectum inſtitueret, metuebatur præſens Cæſaris potentia, qui milite Principum omnes ditiones repleverat; occurſurum hunc naſcenti ſeditioni, illamque oppreſſurum, antequam ſuccreſceret; ſatius, & ſecurius eſſe, ſi externum quempiam gradu, & dignitate Germaniæ Principibus præſtantem præficerent, æmulationem & odium ceſſatura, & fore ut nemo ipſi obedire dedignaretur; nec ab eo tyrannidem timendam, cum advena non tot adhærentes ut indigena habiturus eſſet: Collecturum hunc citra

Cæſaris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Cæſaris ſuſpicionem in proprio regno milites, bellumque illaturum, quo inexpectatius, eo infenſius: neque indecorum hoc cenſendum, quod tametſi Germanici nominis famæ officeret in exteris regionibus ducem quærere, glorioſum tamen erat, Germanicæ libertati externum Regem ſtipendia merere; in hanc omnes ſententiam eo facilius ceſſere, quod alter alteri ægre admodum concedebat, liberæque civitates, veteri quodam inſtituto, Germanorum Principum, cum potentiam, tum Dominium ſuſpecta habebant: externum igitur Regem ſibi ducem eligere concluſum, ferebanturque in medium Daniæ, & Sueciæ Reges, ejuſdem religionis ambo, & hoſtes Cæſaris; at ille nuper reconciliatus ſancte pactas inducias, & pacem colere profitebatur, neque magni pendebant hominem, qui ſemper in bello adverſam fortunam eſſet expertus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tus: Erant in Suecum animi propenſiores, juvenem Regem, enutritum bello, invictum, qui puer adhuc patre orbatus contra Moſcum, Polonum, & Danum, potentiſſimos hoſtes, regnum non defendiſſet ſolum, ſed ampliaſſet, cuique cum Cæſare recentes ſimultates eſſent ob miſſas Polono hoſti ſuppetias: De hoc itaque exercitui præficiendo decretum, & internuncii miſſi ſunt, perſuadente præſertim Georgio Guilielmo Electore Brandemburgico uxoris fratre.

2. Regnum Sueciæ ultra quinquageſimum quintum Septentrionalis latitudinis gradum ad mille Italica milliaria, qua latiſſimum eſt, uſque ad ſeptuageſimum ſecundum gradum extenditur; longitudine mille quingenta non excedit. Ab Oriente Ruſſia, à Meridie mare Balthicum, & Germania, ab Occaſu Norvegia, à Septentrione Oceanus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

jacent. Quod citra ſexageſimum gradum eſt, aëre ſatis miti, & temperato fruitur, quod inde uſque ad ſexageſimum ſextum, ſcilicet ad Arcticum circulum excurrit, cœlum quidem inclementius habet, ſolum vero felicius, ut beneficium hujus, ubi patitur ſitus, illius injuriam compenſet. Quod reliquum ultra circulum Arcticum reſtat, & ſterile eſt, & frigore horridum, feris tamen piſcibuſque innumeris abundat, quos lacus, flumina, mare ſuppeditant ita, ut incolæ ex his vitam trahant. Regnum fuit olim incolarum multitudine adeo plenum, ut ſilvas etiam colerent, quod & ruinæ, quæ paſſim itinerantibus in Suecia occurrunt, & in reliquum pene totum terrarum orbem hujus gentis inundationes teſtantur; nunc ob diſſenſiones, & bella fere continua non adeo populoſum eſt: Incolæ natura feroces & truces dura, exercitaque educa-

educatione contra omnes labores firmantur; Germanis mores ſimiles habent, niſi quod ab iis civilitate ſuperantur, at induſtria certe præſtant, utpote quovis Sueco ruſtico omnes artes opificiaque callente: Reges memorant antiquiſſimos, à Magogo Noachi, ex Japheto filio, nepote, uſque ad præſentem Guſtavum ſecundum, centum quadraginta octo: Regiam dignitatem electivam antea, hæreditariam fecerunt ſub Guſtavo primo, ipſius hæredibus regnum, ab eo penitus ereptum Danis, ſubjicientes, quod decretum ſub Carolo anno MDCIV. renovarunt: Chriſtianam religionem S. Anſgarius monachus, ſub Biorno centeſimo Suecorum Rege anno DCCCXVI. indigenas Idololatras edocuit, quam poſtea uſque ad tempus Guſtavi primi, ad annum circiter MDXXV. Catholicam conſervarunt, quo tempore in Auguſtanæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

confeſſionis depravationem, inſti-
gante Rege, deſciverunt: vires Rex
habet ſatis firmas, cum mari tum
terra: mari præter triremes, ultra
quinquaginta bellicas naves, tor-
mentis copioſe inſtructas, ad regni
cuſtodiam facili negotio ſemper a-
lit; quem numerum occaſione bel-
lorum modernus Rex auxit; terra,
militem habet exercitatiſſimum,
bellis cum Dano, Moſco, & Polo-
no aſſuetum, & numeroſum ita, ut
Sueci jactent, ſuum Regem intra
quindecim dierum ſpatium, qua-
draginta peditum millia colligere,
& quo velit, ducere poſſe: neque
equite regio caret; gignit enim &
Suecia, & Finlandia equos, qui e-
tiamſi humiles ſint, & parvi, ad ob-
eunda tamen militaria munia mi-
nime ſunt inepti, ſupplet, qua defi-
cit magnitudo corporis, virium ro-
bur, & laboris patientia, qua de re
poſſem ego teſtimonium ferre, qui
quadra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

quadraginta continuis horis, dum apud Suecos detinerer, ſimili equulo centum viginti Italicorum iter confecerim; Cæterum ob corporis humilitatem ad ſuſtinendum gravioris equitatus impetum fere ſunt inutiles, ideoque ex Germania, quando opus eſt, equites conducunt Sueci. Regnabat hoc in regno Guſtavus Adolphus, Caroli illius filius, qui à nepote Sigiſmundo, Poloniæ & Sueciæ Rege, in curam Regni Sueciæ adſcitus, dum ipſe in Polonia abeſſet, à Senatu Suecico ſe regem eligi curaverat; vir miles, ſtrenuus, invictus, prudens, cui nihil objici fere aliud poſſet (ſi alieni regni occupationem more noſtrorum temporum excuſes) quam quod alioquin præclarum ingenium, in hoc incautum, deceptoris Lutheri nugis ſubdiderat. Militares artes, quas ſub patre didicerat, contra Poloniæ Regem hæredita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



GUSTAUVS ADOLPHVS
D.G. SUECORUM GOTHORVM
ET VANDALORUM REX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

rium hoſtem, & repetentem Regnum, potiſſimum exercuerat, eo rerum ſucceſſu, ut fere nunquam adverſam fortunam eſſet expertus. Hinc non exigua fama Guſtavo accreverat, & vulgus militum, non ut Regem, ſed quaſi numen venerabatur, hominem forma inſignem, ſtatura procerum, & mole corporis ita cæteris anteſtantem, ut nemo in iis regionibus eſſet vel major, vel æqualis, neque equus reperiretur, qui graviori lorica indutum vehere poſſet. Pluribus hoc Polonicum bellum annis exarſit, & cruentum, & grave, in aperto ſemper prælianti-bus, addito inſuper odio quodam naturali inter Polonos, & Suecos; anno tandem à Chriſto nato MDCXXIX. ad ſexennium induciæ pactæ ſunt. Exceperunt itaque inducias paciſcentem, ſed alias belli avidum Regem Germanorum Principum memoratæ legationes; proponeban-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tur ipſi cognatorum injuriæ, religionis impugnatio, Regni proprii periculum; quid enim expectandum amplius, ajebant, occupatis à Cæſarianis Germaniæ portubus, qui ad mare Balthicum ſpectant? armari jam naves, inſtrui claſſes, neque quietem in Megapoleos, aut Pomeraniæ oris nacturum Volleſtainum, bellicoſum hominem, ocii, pacis oſorem; nihil vicinitate potentis hoſtis periculoſius; ceſſiſſe jam Danum, unum reſtare Cæſari, ſi non apertum, ſaltem ſuſpectum hoſtem hunc invictiſſimum Regem, quem alloquebantur, expectaretque brevi Stocholmiæ in ſua regia bellum, niſi ultro ipſe parantibus hoſtibus inferret: & de inimicitia Cæſaris Regi minime dubitandum; debere jam eſſe expertum in Boruſſia ipſius hoſtilia arma, non fuiſſe hactenus reconciliatos animos, durare igitur hoſtilitatem adhuc: eſſe Cæſarem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Italico bello irretitum, diſtractiſque per Germaniam viribus debilitatum: Quid igitur cunctandum? Sumenda tam piis de cauſis arma, adfuturos totis viribus quatenus ſpiritum traherent ſuos Principes, & felix futurum bellum, quia juſtum: Irrumpendum itaque, plus audaciæ, & conſtantiæ inferentes periculum habituros, quam propulſantes, & fore, ut hoſtis ne aſpectum quidem militum toleraret. Arridebat Regi bellum aggreſſu facile, ſpecie glorioſum, ſucceſſu non deſperandum; neque detrectabat militares labores, qui militiæ ſolum ſe quietem habere profitebatur: nec deerant odia peculiaria, quibus ad bellum incitaretur; At colligere militem, exigere vectigalia, extorquere ex proprio regno pecunias diſplicebat: addebant præterea Suecici Senatus, primates nonnulli, qui aut bellum oderant, aut pacem cupiebant, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ordinis proprii, patriæque libertatem amantes, Regis ſuccreſcentem potentiam verebantur: Satis jam bello operam datam fuiſſe, domos viris, ærarium auro vacua; non adeſſe indigenam militem ad externa bella; Regnum alias pecuniæ penurioſum, tunc omnino carens, ad exteros milites colligendos tributa ferre non poſſe: egere Rempublicam pace; bello ſtabiles labare Reſpublicas, pace labantes ſtabiliri: vana vanorum hominum Legatos memorare, etiam ſi deteriora eſſent, quam fingerentur. Sueciæ regnum à Germania periculoſiſſimo mari diſſitum, terra ob nemora, & montes perpetuis nivibus obſeſſos, inacceſſibile: neque Vollcſtainum ulterius tentaturum, quam Cæſar vellet; nec Cæſarem quamvis Catholicum (hoc hæretici dant crimini) alioquin pium Principem, plus auſurum, quam conſcientia dictarit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Quos ſedibus pepulerat, merito ut perduelles, & inquietos homines, pepuliſſe; nec crederet bellum patratu tam facile; ſtare adhuc res Cæſaris, imo tunc potiſſimum temporis vigere, adeſſe in Italia, & Germaniis invictos, numeroſoſque exercitus; cenſeretque hos ipſos, qui ſe ad bellum invitabant, cum inciperet, ſibi hoſtes futuros; leviſſimum hominum genus Cæſarem odiſſe præſentem dominum, neſcire quid cupiat; velle interim alieno periculo propriæ curioſitati, an perfidiæ conſulere: reſervaret injurias ad opportunius tempus, ſi à Cæſare accepiſſet, reciperet interea vires, & cognati, aut affines quas ſibi procuraviſſent injurias, proprio, non alieno diſcrimine ulciſcerentur: Quod de religione dicerent, futuram illam Deo curæ, nefas eſſe facere hanc præliorum, & cædium ducem; armis barbariem, impietatem, non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

religionem homines doceri; facile inſuper omne bellum ſumi, ægerrime deſinere, neque in ejuſdem poteſtate initium, & finem ejus eſſe, licere cuivis, etiam ignavo bellum incipere, deponi cum victores velint. Se vero non hæc ideo dicere, quod aut belli tædeat, aut tributorum pigeat; ſtatutum ſibi ad Regis libitum vivere, hæc quæ dixiſſent ipſum rerum ſtatum menti ſuggerere, fidem ex ore exigere: eximeret ſe tandem diſcriminibus Rex, ſervaretque ſe patriæ, uxori, natæ: Quid de his futurum ſi fato in Germania bellum gerens concederet? averteret Deus tale fatum, at ſi forte accidiſſet, patriam in eas ipſas manus relapſam, è quibus redemerat, depulſam uxorem viduam, orbatam patre natam, ſpoliatam regno, ſolio expulſam, ludibrium denique toti orbi factam evolveret. Movere hæ rationes animum Regis; ideoque

Legatis reſpondit: Sibi quamvis propenſum ad ea, quæ petiiſſent, haberet animum, deficere tamen vires; neque enim ſe habere militem proprium aſſerebat, ad ſuſcipiendas extra ſuum regnum expeditiones, neque pecuniam, qua externum conduceret: at Legati ultro parte ſuorum Principum arma, militem, pecuniam, neceſſaria omnia offerre; ſic tandem Rex alieno periculo, & incommodo, proprio autem commodo & gloria bellum facturus in eorum ſententiam ivit: habita prius eleganti ad Senatum Suecicum oratione, ut objectionibus factis ſatisfaceret. Agere ſe de benevolentia, qua ſe proſequebantur, quas poſſet gratias, precari Deum occaſionem rependendi daret, probare ipſorum conſilia & fidem; at ſibi offerri bellum, & pium & juſtum, & glorioſum, & facile, ex quo ſi vinceret, utilitatis multum, ſi ſuc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

cumberet, nihil damni eſſet ſuo regno allaturus: Pium, quod pro religione; juſtum, quod pro ulciſcendis ſuis, cognatorumque injuriis; glorioſum, quod contra potentem hoſtem; facile, quod contra diverſis intentum eſſet certaturus. Si vinceret, Germania, Romanum Imperium erunt præmia, ſi ſuccumberet, aut ab armis mallet deſiſtere, ſe regreſſu in ſuum Regnum minimè privatum iri, quod quantum ab Cæſarianorum invaſionibus eſſet ſecurum, vel ipſi, qui objecerant, prudenter diſſeruerant: De ſibi ſubeundis periculis, quantum ad ſe ſpectaret, nihil curare, dedecere Reges hanc curam, ubi regni bonum quæritur: quantum ad regnum, non defuturos inter tot præclariſſimos Senatores, qui illud regerent, & tam bene, & tam ſtrenue, ut ipſe rexerit, & uxorem natamque illius tuerentur, qui pro religione, & patria,

ſi

ſi fatum daret, cecidiſſet: addidit de injuriis à Cæſare acceptis nonnulla, multa de utilitate hujus belli diſſeruit, & probavit eſſe hoc bellum, non tale ſolum quale narraverat, ſed quadantenus neceſſarium, adeſſe enim adhuc ex Polonico bello numeroſum militem, quem ſi dimitteret (nam retinere ſine cauſa inutile, & ſumptuoſum erat) non erat dubium, quin ad Cæſarianos accederet, atque inde hoſti vires accreſcerent, ſic præſtare, non ipſum retinere ſolum, ſed augere, præſertim cum hæc facere poſſet alienis, & periculo, & expenſis, nullo regni incommodo, quod ſi bellum in Germania inciperet conſequi videbatur; accedebat Stralſundanos defendendi neceſſitas, quos ſub protectione receptos, ſi deſeruiſſet, infame erat. Concluſit tandem ſe decreviſſe hoc bellum ſuſcipere, cum ob prædictas rationes, tum propter hoc præſertim,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

quod quoquo modo res ſe haberet nihil ex eo damni erat Reipublicæ emerſurum; ſequerentur ipſi juſta Regis placita, cætera curaret Deus. Itaque cum Legatis pactum eſt, Germaniæ Principes, & cæteri pecuniam ſuppeditarent, milites ipſe colligeret: cum in Germaniam ingrederetur, Principes aſſiſterent: Ditiones quarum potiretur, ſi Catholicorum fuiſſent, pro ſe haberet, ſi reformatæ (ut appellant) religionis proteſtantium, dominis reſtitueret. Accepta igitur magna pecuniæ vi, unde potuit, milites colligere, & neceſſaria parare Rex cœpit, eoque facilius validas equitum, & peditum contraxit copias, quod Poloniæ Rex, & Gedanenſis Reſpublica nuper pactis cum ipſo Rege induciis, milites demiſerant, quos omnes dato ſtipendio ſub ſuis ſignis excepit, quibus militi, quem habebat additis, novoque inſuper in Suecia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

delectu facto, juſtum exercitum inſtruxit.

3. At quoniam aliena merere ſtipendia indecorum regioque nomine indignum cenſebat, ſpecioſo prætextu hanc ignominiam declinare eſt conatus, datis ad Imperii Electores litteris tertio nonas Maii anno MDCXXIX. à quo tempore bellum moliebatur, quibus cauſas parandi belli narrabat, & ſe oſtentabat propenſum ad pacem: reſponſum habuit omiſſo regio titulo, & nihil ad quæſita attinens; ipſe interea dum bellum molitur, pacem affectare ſe fingens, cum ut Cæſarem deluderet, tum ut movere propriis de cauſis arma videretur, Hamburgi, Lubecæ, & Bremæ, Regi Daniæ, Duci Saxoniæ, & Marchioni Brandemburgico ſignificari curavit fore, ut juſtam pacem non reſpueret, ſi tractandi commoditas daretur, petiitque ab iis, ut ſe tractandæ paci inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

interponerent. Quod ubi Cæſar ab his reſcivit, Gedanum, electam partium conſenſu tractatui civitatem, Carolum Annibalem Baronem Donavium miſit, data authoritate concludendæ æquis conditionibus, pacis; miſit & Rex cum eadem authoritate ſuum Cancellarium, nonnulloſque ex ſuo concilio, & Rex Daniæ Legatos, qui ſi qua verteret inter partes differentia, componerent: convenere Gedani ſub initium Aprilis, anni MDCXXX. ibique circa capita pacis faciendæ tres menſes diſceptatum eſt: Petebat Rex; Cæſar exercitum & præſidia à ſuperiori, & inferiori Saxonia removeret; arces ad mare Balthicum ſitas demoliretur; Portus liberi eſſent, naveſque bellicæ inde recederent; controverſiæ de Epiſcopatibus, & Eccleſiaſticis bonis arbitrio Electorum terminarentur; reſtituerentur expulſi rebelles, poſtquam ſi crimi-

nis

nis læſæ Cæſareæ majeſtatis convinci poſſent, pecuniariam mulctam perſolviſſent. Megapolitanis Ducibus ſine mora redderetur ditio, pro iis Rex fidejuberet, ſi pecunia mulctarentur: Cæſar ſumptus, & damna in obſidione paſſa Stralſundanis reficeret: Regi fraudi non daret, quod obſeſſæ urbi opem tuliſſet; Regis hoſtibus ſuppetias non ferret: Rex præſidium Stralſunda deduceret; injuriarum partes ambæ obliviſcerentur, & hac firma ſtabilique pace Galliæ, Angliæ, Daniæ Reges & Confœderatorum Belgii ordines comprehenderentur. Reſpuit Donavius pacem bello iniquiorem, & tandem irrumpentibus in Germaniam Suecis tractatus diſſolutus eſt. Dederat interea Rex XIV. Calendas Maii ad Electores ſecundas litteras, quibus omiſſum regium titulum in reſponſo ſuis primis dato dolebat, petebatque iterum reſponderent.

At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

At dum ſpe pacis Cæſarem ſuſpenſum detinet, bellum incepit, repudiato antiquitus tanquam indecoro, ſed noſtris temporibus recepto tanquam utili, ſtratagemate hoſtem circumveniens: Nam miſſis circa idus Martii Stralſundam, qua in civitate habebat præſidium, copiis aliquot, juſſit Rugiam inſulam occupari, dilatandis militum hoſpitiis. Eſt Stralſunda ex Anſeatici fœderis liberis civitatibus una, quam Cæſaris Imperium detrectantem, magna vi militum in ditionem ad ſtationes miſſa, Volleſtainus afflixerat: reſtitit urbs militi, miles obſedit, Suecus urbem inducto præſidio obſidione liberavit. Rugia inſula, è regione urbis ad milliare Germanicum poſita Cæſariani adhuc potiebantur; hanc igitur juſſi invadere Sueci, bombardis aliiſque bellicis machinis inſtructi Stralſunda Tubale ductore ſolventes, adjacentes

prius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

prius aliquot parvas inſulas, Hiddenſeam, Vittaviam, & Jeſſemundam occupant; caſtris deinceps ad majus Cæſarianorum in Rugia munimentum admotis, eo perterritis, morte nuntiata, defenſoribus potiuntur, obſeſſis ſubſidio venerat Tribunus Ghettius, collectis, quas poterat, copiis, qui fortunam jam bis adverſam expertus, tertio tentans, amiſſa copiarum parte ſuperatus, conſcenſa Stetinenſi nave periculo ſe ſubduxit. Unum adhuc in ea Inſula Cæſari munimentum reſtabat, hoc Alexander Leſlæus præſidii Suecici, quod Stralſundæ erat præfectus xv. Calendas Julias tranſvectis, quos ex præſidio ſelegerat, militibus, cum tormentis nonnullis, eſt aggreſſus: aggredientem Cæſarei ſtrenuè exceperunt, crebris bombardarum ictibus, quæ moliebatur interturbantes, extruxit tamen vallum, & tormentis muni-
mentum

mentum quatere cœpit, nullo eventu, contra ſitum egregie munitum; poſtera die obſeſſis deditionem imperavit; reſpondere, quantum duraret vita ſe locum defenſuros: ſed caſus defenſorum conſtantiam eluſit, nam cum biduo poſt oneraria navis Brandeshaga obſeſſis aquam, aliaque victui neceſſaria afferret, Sueci myoparones illam terra arcere crebris tormentorum ictibus cœpere, cumque ii, qui in munimento erant contrariis illam ictibus tutarentur, factum eſt, ut fumi nubes in munimento denſiſſima fieret, viſumque defenſoribus adimeret, qua re Sueci cognita non expectato ducum ſigno improviſa irruptione facta munimentum in poteſtatem redegere. Memorant eo momento, excitata magicis Suecorum carminibus procella, magnam grandinis vim cœlo demiſſam, quam obvius ventus in obſeſſorum faciem impellebat;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

lebat: Cæſariani paſſim cæſi; ducenti fere ſervati, & capti ſunt; Sueci ſex tormenta, biſcocti panis, eduliorum, & pulveris ſulphurei copiam non ſpernendam inde habuere, ſic Cæſariani tota Rugia expulſi: Quapropter Stralſundani gratias Deo agentes in lætitiæ ſignum exploſere ſuæ civitatis tormenta, militemque centum cerviſiæ cadis donavere: atque ita qui proprii Principis copias alere negaverant ad conſervandam pacem, externi exercitum majoribus impenſis doniſque inſuper perfida curioſitate ad bellum incipiendum alliciunt: ſed eſt humani generis communis jam hæc curioſitas, omnibuſque præſentis Principis, tanquam tyranni, faſtidium, alterius cujuſpiam, tanquam optimi Principis deſiderium ineſt: inutile ſane, atque exitioſum; nam quem produnt irritant, & cui ſe dedunt ſuſpecti inviſique vivunt. Ne-

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

que enim adſcititius Princeps, de illorum fide acquieſcet, qui naturalem prodiderunt, unde neceſſario in Tyrannidem ruit; atque in ipſa mutatione pars ſumptus, pericula, ruinæ ſuccedunt. Non aliter Germaniæ liberæ civitates, graves quidem, ſed tolerabiles contributiones à Cæſare impoſitas exoſæ, ſpe melioris fortunæ, falſo libertatis vocabulum iis obtendentibus, qui privatim degeneres, in publicum exitioſi, nihil ſpei, niſi per diſcordias habebant, in pejora interim præcipites ſe dedere.

4. Cæſar interea pacis cupidus, ut comitia haberentur procurabat, & tandem circa Junii finem ipſe cum filio, Eccleſiaſtici Electores, & Bavariæ Dux Ratiſbonæ convenere; Saxo, & Brandemburgicus per commiſſarios adfuere, excuſatione adhibita, ideo ſe non venire, quia ſibi pecunia non ſuppetebat ad ſumptus

in itinere pro dignitate faciendos, cum ditionum non proventus tantum, ſed ſubſtantiam milites à Volleſtaino in ſtationes miſſi diſſipaſſent; & quidem ferunt in ſola Marca Brandemburgica quatuordecim legiones ſtativa per triennium habuiſſe; Saxonia pariter tota eadem ratione militi fuerat diſtributa, unde non omnino falſa ipſorum excuſatio poterat videri, ni paulo poſt colligendo contra Cæſarem militi, theſauros fere erogaſſent; Crediderim ego à molitorum conſcientia fuiſſe congreſſu prohibitos. At Ratiſbonæ comitia haberi cœperunt, & poſt concluſam cum Rege Galliæ pacem, de Romanorum Regis Electione, cujus ſuſpicio ita Principum animos moverat, ne tractatum quidem: Nuncius Pontificis ſolum Roccius (qui ad hoc ſpeciale mandatum à Beatiſſimo Patre in forma Brevis habuerat) & Regis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



LVDOVICVS XIII GALLIA RVM REX ATQVE NAVARRÆ CHRISTIANISSIMVS

Hiſpaniarum Legatus, privatim de hoc negotio cum unoquoque Electorum, parte ſuorum Principum, verba habuerunt, ſed pro voto minime retulerunt reſponſum, allegantibus Electoribus, de hoc in præſentibus comitiis, ſe nihil poſſe deliberare; oportuiſſe, ſecundum Imperii leges, ſe à Cæſare antea de hoc ſpecialiter fuiſſe admonitos; indixiſſe illum comitia ad tractandam Germaniæ pacem, de hac tantum deliberandum; remitteretur negotium iſtud ad alia comitia, quibus ipſi erga Auſtriacam familiam debitum ſtudium erant patefacturi: Sic ut diximus de Regis Electione in comitiis nequidem actum eſt, & prudenter non petiit Cæſar, quod conſequi ſe non poſſe cognoverat, tum ex iis, quæ fortaſſe à prædictis Legatis reſciverat, tum quod jam erga ſe Electorum male aff-ctos animos didicerat. Quatuor conſum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

pti ſunt menſes in pace Germaniæ componenda, volebatque Cæſar, ut ea, quæ Uratiſlaviæ concluſa fuerant, locum haberent, & præſertim urgebat, ut bona Eccleſiaſtica redderentur, & Catholici eo reſtituerentur, unde fuerant expulſi: ſero nimis remedio, contra inveteratum morbum, quando jam hæreticorum avaritia, quæ quaſi quercus radices agit, & quo diutius inhæret, difficilius avellitur, Catholicorum bona longo tempore quodammodo præſcripſerat. Sed Electorum quibuſdam, ut opportunius, & cautius deinceps fallerent, his aſſentiri placuit, petieruntque contra, ut poſtquam de pace eſſet concluſum, ejus fructus apparere inciperent; demitteret itaque Cæſar milites, & oppreſſas contributionibus Provincias ſublevaret: Calamitatibus inſontium populorum jam ſatis militum avaritiam eſſe expletam, devaſtatæ tandem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

dem, deformatæque Germaniæ miſereretur: conqueſti præter omnia ſunt de Volleſtaino ſummo armorum Cæſaris præfecto, illum oblique perſtringentes, quod ſuperbus homo, ambitione elatus, ad militum benevolentiam captandam, tantam exercitui conceſſiſſet licentiam, ut nihil tam facinoroſum eſſet, quod milites contra miſerrimos populos non auderent: ſævire in homines, virginibus vim inferre, comburere domos, civitates devaſtare, depopulari provincias, pium cenſerent; militaribus præceptis contineri piaculum ducerent: eſſe has, non conſervandi, ſed perdendi Imperii artes, non inſtruendi milites, ſed corrumpendi; irritari militum petulantia populos, inde rebelliones, & bella civilia oriri, militem contra per licentiam laſcivire; hunc labore, non mollitudine probari, & in eo modeſtiam, & continentiam non

 minus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

minus, quam virtutem, atque animi magnitudinem eſſe deſiderandam. Inſtabant igitur maxime, ut Volleſtainus à ſuprema præfectura removeretur, atque exercitus dimitteretur; non odio ſolum in Volleſtainum, qui ut feroces, rebelleſque compeſceret Germanorum animos, militibus habenas laxaverat, ſed miro aſtu, ut illum qui Cæſari egregiam fidamque operam navaverat, eidem ea injuria inimicum redderent: & Cæſar facilius, quam fortaſſe par erat, ipſorum petitionibus conſenſit, bellum Suecicum non tanti pendens, quanti erat neceſſe, putanſque ſatis eſſe futurum exercitum, qui in Pomerania, & Megapoli erat, ad illud conficiendum, neque ſibi à Germaniæ Principibus metuens, qui cum neminem unquam data fide fefelliſſet, fore ut ab aliis falleretur non credebat. Jo: itaque Comiti Tyllio Catholici fœ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

deris Generali præfecto data reliqui exercitus cura, creatiſque ſuper milites commiſſariis, exercitum, qui in ſuperiori erat Germania dimitti jubet, & Albertum Volleſtainum, cui Megapolitanum Ducatum antea donaverat, exauctoravit, excuſavitque, propter Germaniæ quietem, ita fieri oportere, ne cui poſtea ſibi belli cauſas imputare liceret; & maluit Cæſar ſuam erga pacem propenſionem oſtendere, quam potentiam ſervare; Pio ſed pernitioſo conſilio, cum jam experientia receptum ſit, hominum depravata ingenia, ſi quam aliquando injuriam ſint perpeſſa, non parcere, ſed tunc potiſſimum ultioni ſtudere, cum reconciliantur, ceſſatque illius potentia à quo paſſa ſunt, qua commodiſſima occaſione ad ulciſcendum fruuntur; ſic pie Cæſar reconciliatus arma depoſuit; Germaniæ Principes aſtute, ſi ſecundum noſtri ſæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

culi conſuetudinem loquamur, quas ſe accepiſſe dicebant injurias ulciſcendi occaſionem nacti ſunt. Acceſſit (iis fortaſſe inſtigantibus, qui Volleſtainum erant exoſi) commiſſariorum in milites intempeſtiva ſeveritas, qua in illos animadvertentes, ita male affectos dimiſerunt, ut major pars, imo fere omnes ad hoſtes tranſmigraverint. Uſus militaris eſt in Germania hyemali, & eo, quo in ſtativis milites morantur, tempore, ut ſinguli, vel bini, aut terni unam habeant incolarum domum, cujus dominus victum militi, & equo, ſi equum miles habet, dare tenetur; Pagus quoque, ſeu civitas, ubi ſtativa ſunt, contributiones porrigit ſecundum mulctam, quæ deinceps in ſingulos milites pro rata parte diſtribuuntur; præter hæc unuſquiſque aliquid ſemper ab hero domus extorquet, donativi nomine, quod incolæ, etiam ſi inviti, dant tamen,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tamen, ne in ſuam familiam, facultatemque milites deſæviant: de hoc commiſſarii inquirentes, coegerunt milites reddere, quicquid donativi nomine accepiſſent; juſtum quidem, ſed militi grave, qui eas pecunias luxuriei, propinationibuſque, ut mos genti eſt, inſumpſerat, eoque gravius, quod plurimi, pecunia, quam diſſipaverant, carentes, equos, arma, veſtes in ſolutum dare coacti ſunt; unde irati, ut leve ad iracundiam militare genus eſt, ad Suecum partim, partim ad Saxonem, Brandemburgicum, alioſque Proteſtantes Principes, qui eam occaſionem ſunt amplexi, ſe contulerunt. Tales fuerunt Ratiſbonenſis conventus fructus, in quo pax concluſa, ſuſpicioneſque remotæ, at bello commoditas, dimiſſo exercitu, data; exemplumque poſteris, præſtare ab eo, quem offenderis, te etiam reconciliatum metui, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

depoſitis armis omnino reconciliationi confidere: neque aliud in iis comitiis notandum veniret, ſi prætereundum cenſerem Caroli Auriæ Hiſpanici Legati erga Catholicam fidem celebrandam pietatem. Eſt Ratiſbonæ templum antiquiſſimum, quod media ex parte Catholici ex Divi Dominici inſtituto poſſidebant, reliquum Lutherani uſurpabant, ſibi à Ratiſbonenſi Senatu, neſcio quo jure traditum, inter cætera miranda, quæ in hoc templo ſunt, Pulpitum eſt, ex quo divus quondam Albertus civitatis Epiſcopus ad populum conciones habebat: Aſſuerunt (quod Ratiſbonæ ex pluribus audivi) Lutheranos, quotquot ad concionandum ſupra illud aſcenderunt, cum finita concione deſcenderent, medios fuiſſe diſruptos, ideoque prope id, quod adhuc extat, aliud fabricaſſe, ut & ipſi conciones haberent, Catholiciſ-
que,

que, qui impune aſcendebant, antiquum illud ceſſiſſe. Carolus vero iniquum ratus ſacroſancta Catholicæ fidei myſteria, teterrimis Lutheri ſuperſtitionibus, & blaſphemiis in tam devoto templo immiſceri, apud Senatum egit, de illo redimendo, & quanquam Senatores fere omnes Lutheri impietatem colerent, maluerunt tamen aurum, quod offerebat Auria, quam ſuo Luthero ſervare fidem; conceſſerunt itaque Auriæ templum, ſi prius tamen quadraginta florenorum millia, quæ à Catholicis tributi nomine poſcebant, numeraret: quo pacto gaviſus Auria, inſigni liberalitate, protinus pecuniam dedit, & templum omnino liberum Catholicis donavit; ſolus inter tot Principes, qui Ratiſbonam confluxerant, qui religionis zelo moveretur; eſſetque hoc facinus mirabilius, ſi ſolum eſſet in hac familia pietatis exemplum, & An-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

dreas proavus liberata patria pietatem, charitatemque ſuos hæredes non docuiſſet.

5. Dum hæc Ratiſbonæ geruntur, Torquatus Contius exercitus Cæſaris, qui in Pomerania poſt bellum Danicum remanſerat, præfectus, ex amiſſa Rugia Suecorum conſilium detexit, quos prius, ſi bellum intentarent, agreſſuros Pomeraniam, aut Megapolim nunquam putarat, cum nimis per eas regiones in Germaniam difficilis eſſet ingreſſus, ac ideo crediderat fore, ut potius ex Boruſſia, in Sileſiam irrumperent, quod veroſimilius erat, & facilius; ſed ex hoc in cognitionem venit, in Pomerania, & Megapoli futurum bellum. Quare à Bogiſlao Pomeraniæ Duce petiit, ut Ghertium, & Griffenhagam loca ad flumen Viadrum ſita ſibi concederet, ut illis munitis, hoſtem eo tranſitu prohiberet; ſibique ab una ad alte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ram provinciam pateret acceſſus. Renuit primo Bogiſlaus, ſed reſiſtere ſe non poſſe cognoſcens, poſtea conceſſit, utili ſibi reſervato dominio, cautoque, ne commercium cuiquam impediretur. Extruxit Contius, ut impiger, & prudens, Ghertii pontem, ductaque Griffenhagæ per flumen catena, navigationem impediit, & in his locis, atque alibi paſſim, ubi opus erat, munimenta excitavit, quibus hoſti poſſet reſiſtere, quouſque Volleſtainus, quem non adhuc eſſe exauctoratum intellexerat, cum exercitu reliquo adveniret. Inde miſſo in Megapolim Frederico Duce Sabellio, ejus Provinciæ, ac citerioris Pomeraniæ curam dedit, qui itidem Demini, Gryſbaldiæ, & alibi cœpit ſe munire: Sueci contra Stralſundam, quæque circa ipſam ſunt loca, ſumma celeritate muniebant. Guſtavus vero quietis impatiens, nihilque ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

abſente bene fieri ratus, habito Stocholmiæ ordinum regni ſolenni conventu, iterum cauſas explicuit, quibus bellum, contra Cæſarem ſuſciperet, eaſdemque libello complexus, typis excudi curavit, Latino ſermone, & Germanico; Tenor erat: Quod Rex, dum opprimerentur amici, & clientes, aliaque Germaniæ vaſtatores (exercitum Cæſaris annuebat) facerent, quæ non parum ſe irritare poterant, habuerat occaſionem quidem belli: neque opportunitas deerat rei bene gerendæ, invitantibus, imo enixe poſtulantibus Germaniæ incolis, ut arma caperet, ſuadentibuſque exteris amicis, ut dum paries vicinus arderet, propriæ domus incendio conſuleret; voluerat tamen nunquam pacem rumpere, cujus erat amator, & cultor, & maluerat ſecuritatem propriam Dei, & innocentis conſcientiæ bonitati commendare, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

quam dare ſe in belli diſcrimina præcipitem, unde periculum ſibi, amicis incommoda erant oriunda. Verum cum anno MDCXXVI. in Boruſſiam contra Polonos exercitum ducens, propius obſervare incepiſſet Germaniæ graſſatorum motus, amicorum monita vana non fuiſſe, & quo propius Cæſarei ad mari Balthico adjacentes Provincias, accederent, eo plura tentare, quæ bellum provocarent, dignoverat: in primis enim eodem anno ſuas, quas ad Transſilvaniæ Principem dederat, litteras, jure gentium violato, interceperant, conjecto in carcerem Tabellario, atque conficta verborum interpretatione, in ſui invidiam publicaverant; cumque poſtmodum inter Regem & Polonos pax tractaretur, nihil omiſerant, ut tam ſanctum opus turbarent, Polonis ultro ſubſidia offerentes, concedenteſque, ut militem in Ger-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Germania ſcriberent, & arma extraherent; Germanis ne Regiæ militiæ nomen darent, interdicto: quod tametſi Regi nihil obfuiſſet, cum præter optatum numerum ex Germania milites, & arma habuiſſet, illorum tamen male affectum animum detexerat; qui & apertior prodierat anno ſequenti, quo Holſatiæ Ducem cum exercitu, ſub ipſius Cæſaris ſignis, contra Regem, Polonis ſubſidio miſerant: poſt hæc Sueci tota Germania prohibiti, naves ipſorum captæ, & confiſcatæ; inde (quod & eorum conſilium manifeſtius oſtenderat) ſuccedenti anno inſtructæ claſſis Generalem præfectum creaverant, muniverantque totius Pomeraniæ, & Megapoleos, tam maritima, quam mediterranea loca, quaſi ulterius quippiam tentaturi: neque vero propter hæc Rex, tanti pendebat pacem, hoſtile aliquid erat molitus, imo anno M DC XXVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

XXVIII. Stralſundanam civitatem à Danis, Cæſaris hoſtibus, ejuſdem Cæſaris nomine, tanquam neutrius partis, recuperans, ſuam erga Romanum Imperium propenſionem oſtenderat. Cumque Stralſundani negarent exercitum Cæſaris in civitatem recipere, ut qui hoſtiliter adjacentem regionem devaſtaverat, intentaveratque vim urbi, donec ſuper hoc à Cæſare expreſſius haberetur mandatum; Rex propriis ſumptibus in ea civitate præſidium aluerat, ne à quopiam occuparetur, quod cum Cæſariani æqui bonique conſulere, & Cæſaris decretum expectare debuiſſent, ſiniſtre interpretati, cum Stralſundano arcerentur, Viſmarienſem occupaverant portum, accitiſque Gedano hoſtium Regis navibus, Balthicum mare ita cœperant infeſtare, ut ipſe ſi commercia ſalva voluiſſet, magno incommodo, & ſumptu claſſem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

contra inſtruere, ipſorumque conatus impedire fuiſſet coactus, quouſque annus ille elaberetur: inde ne daretur ſibi fraudi, quod Stralſundam teneret, cum principio anni MDCXXIX. Lubecæ pacem inter Cæſarem, & Daniæ Regem tractari intellexiſſet, ſuos eo Legatos mittendos cenſuerat, qui tum urbis Stralſundanæ cauſam accommodarent, tum cæteras componerent ſimultates his annis enatas, atque ſi ad id quoque aliquid conferre poſſent, tractatum ipſum, interventu ſuo, ad optatum exitum perducerent. Putabat enim Rex, quod cum pax cum Dano concludi excluſa Stralſunda, atque hæc ſine ſe includi non poſſet, ob pactas conventiones, opus eſſe, ut ſui quoque Legati conventui intereſſent. Legatos Rex Daniæ comiter, ut par erat, exceperat; at Cæſariam ſumma injuria, non Lubeca ſolum, ſed tota

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



CHRISTIANVS IIII D. G. DANIÆ,
NORWEGIÆ VANDALORVM
GOTHORVMQVE REX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tota Germania, morte comminata, faceſſere juſſerant; quod iniquum facinus, datis ad Regem litteris, excuſantes, ſe non habuiſſe poteſtatem dicebant, cum alio tractandi, quam cum Daniæ Rege, certo tamen ſcire, ſi res adhuc vel ad Cæſarem, vel ad Volleſtainum deferretur, fore, ut Rex pro votis haberet reſponſum. Verum indignum jam Regi videbatur tot modis læſam, tam ludibrioſis amplius proceſſibus offerri patientiam, ſciebatque difficile admodum futurum, ut Legati Cæſarem adirent, viis omnibus interclusis, & Lubecenſi conventu ad finem vergente, addebaturque cum Cæſare antea non habita communicatio: vicerat tamen pacis deſiderium, Senatuſque impulſus, & dederat ipſe Electorali Collegio (quod de jure Imperii exterorum Regum cauſas cognoſcit) litteras, & à Senatu ad Cæſareum Generalem ablegari

ri Stenonem Bielchen Baronem, & ſuum cubicularium paſſus erat, ut ſi animos partis adverſæ in pacem pronos reperiret, etiam pro Stralſundanis armiſtitium ſtatueret, quouſque ad integrum pacis negotium plures commiſſarii mitterentur: appulit Bielches Stralſundam, invenitque omnia in deterius lapſa; neque enim ſolum graſſatores illi civitatem moleſtabant, ſed armaverant inſuper naves ad prædam, miſerantque iterum contra Regem, duce Arnemio Cæſaris Campi Mareſciallo, ut vocant, in Boruſſiam exercitum: hæc Bielchis ulteriorem progreſſum mutatio ſtiterat, ne tamen fruſtra veniſſe videretur, ſcripſerat, ad Volleſtainum, quibus de cauſis expeditus veniſſet; & de iniquitate tranſmiſſi exercitus proteſtatus, ut is, & reliquæ hoſtilitates ſuſpenderentur, petierat, ſi ſincera alias videri deberet Lubecenſium

dele-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

delegatorum reſponſio. Reſponderat Volleſtainus; illuſoria plane ſuorum ſubdelegatorum fuiſſe reſponſa; exercitum revocari ideo non poſſe, quod tot copiis abundaret Cæſar, ut ſibi hunc Arnemianum exercitum dimittere opus eſſet, atque ideo amico Poloniæ Regi contra Sueciam haud immerito eum miſiſſe; nec quidquam ulterius, quod ad rem faceret, repetitis Bielchis poſtulatis, niſi hoc ipſum iterum reſponſum dederat, juſſeratque Arnemium cum exercitu in Boruſſiam iter maturare, qui non parum res Suecicas per totam eam æſtatem afflixerat, magiſque afflixiſſet, ni ſors nefariæ intentionis conatus in propria capita penſaſſet. Narrabat præterea litteras ad Electores datas, & Legatum Gedanum miſſum in medium producebat, ut ſe pacem cupere perſuaderet; atque arguebat ex reſponſo ab Electori-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

bus habito, quo nihil ad rem continebatur, neceſſitatem relictam, & quaſi inſinuatam, opportunis remediis ſibi conſulendi; & ex Gedanenſis conventus dilatione concludebat, ſe ab hoſtibus detineri, illos interim ad bellum neceſſaria parare, quod cum non poſſet ſine maximo regni, ſuoque detrimento pati, coactus bellum inferebat, ut averteret, & proteſtabatur quicquid damni ex eo Chriſtianæ Reipublicæ, Germaniæque populis emergeret, non ſibi, ſed iis pacis oſoribus, qui tot, tantaſque dederant cauſas, eſſe imputandum. Hæc quæ in eo, ut appellant, manifeſto continebantur prolixius, nos quo brevius potuimus complexi lubenter ſumus, ut hujus belli cauſæ vel ex ipſius Regis ore audirentur, qui tametſi pleraque falſa, multa tamen vera narrat, quæ ad rem non parum faciunt.

6. Rex itaque libello hoc promulga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

mulgato, cum exercitu quindecim mille militum navem conſcendit, feliciqùe navigatione Rugiam quarto nonas Julias appulit, quo die feſtum Divi Præcurſoris veteri calculo hæretici celebrant; ibi quas adduxerat, cum iis, quas ibidem invenit, conjunxit copiis, totuſque exercitus, ut aſſerunt, viginti millibus militum conſtabat. Ut primum ſolum Germanicum attigit, in genua procumbens oravit, aut ſua in ſuperſtitione pius, aut pietatem ſimulans; precatuſque eſt Deum, pro felicitate belli, poſtquam de proſpere dimenſo itinere gratias egit: Applauſere illacrymantes exercitus Duces, ipſeque eos, occaſionem perſuadendi nactus, ut eloquens erat, & facundus, in hunc fere modum eſt allocutus. Si mihi, commilitones, cum tyronibus ſermo eſſet, conarer verborum apparatu bellum, quod ſuſcepimus, leve, & facile, demon-

monſtrare: atqui quando ego illorum ora conſpicio, qui ante tot annos in meum commilitium adſcripti, in continuis bellis, ex variis hoſtibus innumera trophæa retulere, injuſte me facturum putarem, ſi ficta facilitate pellicerem, quaſi difficultate deterreremini, qui pericula in deliciis habetis, terrent ardua viles animos, ſtrenuos, & fortes ſtimulant, & invitant. Germaniam, in illa regnaturi, ni Dei favor, veſtraque virtus deficiat, calcamus, vaſtiſſimam provinciam, fluminibus, montibus, ſilvis circumſeptam; neque nobis bellum cum Moſco fugaci hoſte gerendum, ſed cum firmiſſimis aciebus ſtabili fixoque pede dimicandum, cum Germanis, ut uno verbo dicam, nobis res eſt: ſit victoriæ difficultas, & gloria, veſtræ virtutis ſtimulus, cœptis favebit Deus, cui militamus. Quid enim nos ad bellum hoc movit, niſi reli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

gio? niſi miſeratio fratrum, qui ideo à Catholicis affliguntur, quod Doctoris noſtri Lutheri religionem ſectentur? Solus hic religionis zelus victoriam largietur, milites. Quod ſi mundanas annectere cauſas, & conjecturas futuræ victoriæ lubet; addite veſtræ virtuti, & numero, confœderatos nobis Principes, qui præſto mox aderunt; addite populos integros, qui nos opperiuntur, ut nobiſcum communia ſacra tueantur; addite ipſius hoſtis debilitatas, diſtractaſque vires, difficillimum alioquin bellum, facillimum, ut res vera eſt, cenſebitis; & vincemus, auguror: ſi geratis vos ita, ut ſtrenuos milites, & Lutheranos viros decet; atque præter gloriam ingens vos præmium manent, opulentiſſimarum civitatum ditiſſimæ ſupellectiles, Catholicarum Eccleſiarum pretioſiſſimi apparatus, gemmæ, torques, aurea, argentea vaſa, quibus

Catho

Catholici per luxum utuntur; ultimumque cæleſtem gloriam conſequemini, qui ad liberandos purioris verbi Dei profeſſores hanc expeditionem ſuſcepiſtis. Hæc ille; & exercitus militari fremitu approbavit Regis dicta, longam illi vitam, ut mos eſt, precatus. Stralſundæ quoque propter adventum Regis ludi habiti, & grates Deo de ipſius ſalute actæ, Legatique miſſi, qui ipſum in civitatem deducerent. At dum Rex Stralſundæ populari applauſu fruitur, miles Hiſpanorum Hagam, & Uſedomiam, non procul à Volgaſto, inſulas occupavit; haud ſine Cæſarianorum cæde, Croatarum præſertim, quorum fere ducenti cecidere: mox excitata ante Volgaſtum munimenta à Cæſarianis omiſſa, neque ea, quæ ad Viadrum erant, diutius ſervata ſunt, ipſumque Volgaſtum, poſtquam aliquot dies tormentorum vim ſuſtinuerat,

Regi ceſſit, ſola arce ſervata, qua non tam cito, ob defenſorum virtutem Rex potiri potuit. Porro ut Cæſarianorum animos ad plura diſtraheret Rex, ex Rugia in continentem ſecundo vento mille equites, & quinque peditum legiones exſcenſionem facere juſſit, aliaſque ſubinde trajici copias, ut munimenta excitarent, unde ſibi poſtmodum ad mediterranea loca facilior aditus pateret. Deſcendit deportatus miles inter Gryſbaldiam, & Volgaſtum, & neſcio majori alacritate, an patientia, brevi temporis ſpatio multum operis confecit, pane & aqua per plures dies vitam trahens ingentique labore terram in corbibus, vehiculorum defectu, ad ſtruendum vallum vehens; utque militum diligentiam excitarent operis præfecti, illi, qui ultra viginti pleno corbes, in die attuliſſet, cerevisiæ amplum poculum propinari juſſerunt

und

unde tolerabilior, propoſito præmio labor. Neque horum militum parum Suecis profuit modeſtia, ad alliciendos incolarum animos; non enim ruſticos exactionibus gravabant, vel extorquebant edulia, ſed qui habebant pecuniam, ea ſibi cibum emebant, nummis carentes acquieſcebant iis, quæ ultro ſibi ſuppeditabantur. Sic patientia, & labore militum Rex ſe munivit, alacritate hoſtes deterruit, modeſtia incolas ſibi amicos confirmavit.

7. Torquatus interim Contius cum Regem plures occupaſſe portus vidiſſet, haud conſultum duxit, præter Viſmariam Roſtochium, & Colbergam, loca alia ad mare retinere, namque hoſtis jam appulſu minime poterat prohiberi, ac noſtræ vires diſtrahebantur, detinebanturque in locis, quibus non adeo facile auxilia poterant adferri; ſatius itaque duxit in mediterraneis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

civitatibus munitiſque atque ad invicem propinquis exercitum continere. Quapropter Brandeshagenſe munimentum in littore juxta Rugiam ſitum, atque à Suecicis tormentis ita undique quaſſatum, ut amplius fere defendi non poſſet, deſtruere decrevit, ideoque aſportatis Gryſbaldiam bombardis, & munitionibus, quæ in ipſo erant, illud diruto vallo hoſti vacuum reliquit; unde maritima, quæ circa Rugiam ſunt loca omnia Sueco ceſſere; quare ipſe Rugienſes incolas publicato edicto ad ſuas ſedes revocavit, atque conciliandis mediterraneorum animis, Volgaſti Stetinenſibus mercatoribus maritimum portum aperuit, qua per Viadrum ingreſſus, & egreſſus pateret, monitis prius nautis, ita onerarent naves, ut in flumine navigare poſſent. Poſt hæc Vollinum, cum arce Principis à Cæſarianis derelictum, occupavit, &
reſtau-

reſtauravit pontem ab iiſdem incenſum, largituſque panem, & lardum colonos ad ſuas partes attraxit: nempe Deus hominem utili in milites ſeveritate, in incolas comitate, in omnes juſtitia imbuerat, qui Catholicos aliquatenus peccantes caſtigaret, ipſe ſua felicitate opprimeretur, & pœnas hæreſeos lueret; nam qui bene iſtius belli eventus obſervarit, videbit Regi ita arridentem fortunam, ut vix aliquid ſiniſtrum habuerit; quod militari diſciplinæ etiam poteſt adſcribi, quam ipſius miles, in adverſis conſtans, & patiens, in pugna impiger, & ſtrenuus, cum colonis & hoſpitibus modeſtus, & affabilis ſemper coluit: noſter contra (quamquam poſt adventum Contii mutati ſint mores) tolerando impatiens, pugnando piger, petulans, intolerabilis apud incolas, illos in Suecum ita propenſos reddidit, ut tanquam liberato-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

rem ſui exciperent, & amplecterentur; Quod temporis progreſſu non exigui fuit momenti, atque Sueco faciliorem reddidit expeditionem; nam comitate Regis, Suecorumque populi allecti, ita iſtorum partibus adhæſere, ut Cæſarianos ubicunque poſſent infeſtarent, Suecis vero pro viribus opitularentur: unde inter militaria axiomata non ſpernendum duxerim, reddere ſibi amicos illius Provinciæ incolas, in qua bellum gerendum. Atqui Contius veritus, obſervatis Suecorum progreſſibus, ne Stetinum occuparent, aucto exercitu iis copiis, quæ in Megapoli erant, ad viginti millia militum, petiit à Bogiſlao Duce, & Stetinenſibus, ut ex ſuis præſidium admitterent; eoſque renuentes, quod ſe ſatis firmatos viribus aſſererent, monuit, ut quando nullum Cæſareum præſidium admittere, ſed ſeſe ipſi tueri vellent, in fide, & obſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

quio erga Cæſarem manerent, nec militem reciperent Suecum; ipſe interea eorum perfidiæ non ignarus, ſpecie liberandæ obſidione arcis Volgaſtenſis, ad Stetinum obſidendum tendebat.

8. Conſilium Rex odoratus, Contium biduo prævenit; nam ex Uſedomia cum milite, atque juſto apparatu bellico ſolvens, duarum horarum ſpatio triginta milliaria conficiens, per Viadrum, & trans portum, Oderburgum plenis velis prætervectus, ad milliare prope Stetinum expoſuit militem: Adventum Regis Bogiſlaus, & Stetinenſes primo ægre ſe ferre ſimularunt, clauſiſque portis, quaſi ſe defenſuri, ad Regem Legatos miſere, qui ipſum allocuti, retulerunt, cupere illum, ut Dux ſui copiam faceret, quo coram, quid vellet eſſet expoſiturus; neque illum adire palam Dux abnuit, cum quo jam clancu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

lum tranſegerat; atque eadem die in caſtris inter eos fœdus ictum, cujus hæc præcipua fuerunt capita: Primum, amicitia inter Regem, & Ducem, & libera inter ſubditos commercia eſſent: ſecundum, teneret hoc fœdus ad defenſionem tantum: tertium, nihil contra Cæſarem, aut Imperium tentaretur, ſed hæc confœderatio ſolum fieret, pro Imperii ſtatu in antiqua forma, libertate, & tranquillitate conſervando, religione, ac Republica tuenda, neque hac tranſactione quicquam iis, quæ Bogiſlaus Romano Imperio debebat, detraheretur: quartum, reſtitueret Rex, quæ occupaſſet, aut occupaturus erat in Pomerania loca; Dux ea non alienaret, iiſque homines præficeret, qui Regiis commiſſariis in iis, quæ ad Provinciæ defenſionem pertinerent, præſto eſſent: quintum; privilegia Stralſundæ, & fœdus per eam cum Rege initum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tum ſalva manerent, ipſiuſque gravamina ſine mora, & ſecundum æquitatem tollerentur. Sextum, Caminenſis Epiſcopatus, qui ſub Pomeraniæ ordinibus comprehenditur, huic conventioni includeretur, frueretur que ipſius commodis, hoc ſolum addito, quod ſi quid deinceps, Diœceſi aut Capitulo, contra ipſius privilegia, ſtatuta, aliaſque leges fundamentales, propter electionem Epiſcopi, aut Coadjutoris, aut alia quacunque ratione, injungeretur, hoc Rex junctis cum Duce viribus vetaret, atque Epiſcopatus liberam electionem, dignitatem, & jura tueretur. Septimum, neuter altero inſcio ab hac conventione diſcederet: Dux cum nemine de mutua defenſione paciſceretur, Rex ſi quid in Pomeraniæ utilitatem innovare vellet, Ducem certiorem faceret. Octavum, locus Principibus, ſi qui hoc etiam fœdus inire vellent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

relinqueretur. Nonum, huic tranſactioni alia, aut facta, aut facienda nihil obeſſet. Decimum, Sueci, & Pomerani, tanquam unius Provinciæ incolæ haberentur, & moneta tam Regia, quam Ducali promiſcue uterentur. Undecimum, ſi qua oriretur controverſia, non armis, ſed civiliter decideretur. Duodecimum, ſi Bogiſlaum ſine hæredibus virilis ſexus decedere accideret, antequam Elector Brandemburgicus ſucceſſor deſignatus hanc conventionem ratam habuiſſet, aut ad liberandas eas Provincias opem tuliſſet, aut eidem de ſucceſſione lis moveretur, Rex eas Provincias ſequeſtro apud ſe haberet, donec omnis de ſucceſſione controverſia dirimeretur, & ſumptus belli à ſucceſſore, abſque ulla Pomeraniæ ordinum, atque incolarum contributione, aut onere, ſibi rependerentur. Ultimum, ſingulo decennio hoc fœdus renovaretur.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Hæc in caſtris concluſa, in veteri Stetino ſignata ſunt eodem die xiij. Calendas Auguſti; quo die Rex cum inſtructis copiis urbem ingreſſus, vallum, portas, & forum militum præſidio firmavit, tormentaque quæ ex navibus ſumpſit, opportunis locis diſpoſuit, ac occupato ſequenti die Oderburgo, xj. Calendas Auguſti Stetinum rediit; tum convocatos militum præfectos, quantum in urbe præſidii eſſet, interrogat; Quo cognito, Duci urbem contra hoſtium vim, non ſatis eſſe munitam perſuadet, ſe modum oſtenſurum, quo melius muniri poſſet, ipſe de opere perficiendo cogitaret: At cives lentos, & ſegnes, inſuper militaribus inſuetos, opus tarde atque ægre confecturos; milites contra impigros, & laborioſos, qui ſæpe hæc munia obeant, cito, & facile abſoluturos, ſi levi pecunia donarentur. Retulit Dux ad ſuos quid Rex pete-

 ret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ret, atque illi, quibus facultas erat, pecuniam ultro contulerunt, cæteri operam, quibus quatuor dierum ſpatio, quod vix credibile, mira Suecorum alacritate, civitas foſſa, & lorica circundata, atque pro pugnaculis inſuper ad juſtam defenſionem munita; Quod tempus ne deſides ii milites, qui operi non incumbebant, tererent, Rex mille quingentos Stargardiam miſit, quam nocte intempeſta aggredientes, occuparunt: ex Cæſarianis nonnulli in turrim S. Joannis, proximumque propugnaculum ſe receperunt, unde ſtrenue locum tutantes, non parum Suecos ſcloporum ictibus offendebant; ſed cum iſtos cuniculos agere obſervaſſent, vitæ incolumitatem pacti, cum ſarcinis, & enſibus egredientes; magnam farinæ, pulveris ſulphurei, plumbique copiam, cum aliquot tormentis reliquere.

9. His à Rege peractis, Bogiſlaus de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

de iis, quæ acciderant per epiſtolam Cæſarem admonuit, qua ſuam defectionem excuſans, oblique perſtringebat eos, qui ſe tueri debebant, quique per triennium devaſtata, ſtativorum occaſione, provincia, irruenti poſtea Sueco minime reſtitiſſent, imo vix aggreſſo Rugiam, Uſedomiam, Volgaſtum, Vollinum, cæteraque loca, quæ Pomeraniæ propugnacula ſunt, ceſſiſſent; atque armis, quibus contra hoſtem utendum erat, in miſeros, atque inermes colonos converſis, captoque oppido Ucchermunda, quod ipſe munierat, Vollini arcem diripuiſſent; Qua opportunitate Succiæ Rex uſus, Stetinum, improviſo adventu, ita obſederat, ut ſibi neceſſe fuerit cum ipſo tranſigere, ſi ſalvam civitatem voluiſſet. Excuſatum igitur propter dictas cauſas ſe Cæſar haberet, pacemque, qua miſerrimi populi ſublevarentur, procuraret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

curaret, à qua Regem non averſum ſignificabat, cum non contra Cæſarem, aut Romanum Imperium ille veniſſet, ſed ut mercaturam per mare, & membra Imperii ſibi vicina, in ſuo ſtatu conſervaret, ac contra iniquam vim, quam miles ſub Cæſaris nomine, præter ipſius voluntatem, & reſcripta, intentabat, tueretur; commendabat ultimo ſe humiliter Cæſari, atque ſpecioſo verborum fuco, ſe illi addictum dicebat, dum deficeret; pulchro illudendi genere, cum opere offenderet, verbis demulcens; At Cæſariani ob perfidiam Stetinenſibus irati, cum iis, quotquot habere potuerunt, ultimo ſupplicio affligentes, ſævè egerunt, atque in perfidiæ pœnam, totam regionem devaſtarunt, omneque, quod nanciſci poterant, pecus abigentes, aperta loca defenſioni inepta incenderunt; ſegetibus quoque & frumentis igne conſumtis, deſtru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



D. IOANNES TSERCLAES, COMES DE TILLY, S.R.I. *etc*, CATH. VNIONIS EXERCITVS GENERALIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ctiſque frumentariis molibus, inedia Suecos affligere nitebantur, nullo tamen eventu adverſus bene proviſos, contra omnes fortunæ caſus, qui ſecum neceſſaria ad plures menſes navium commoditate advexerant.

10. Erat hic rerum in Pomerania ſtatus, cum Tyllius, qui exauctorato Volleſtaino, copiis, cum Cæſaris, tum Catholici fœderis præerat, in Magdeburgenſi ditione hæreret, ut civitate illa potiretur, mulctaretque, quod hoſtibus Cæſaris in bello Danico adhæſiſſet; luebatque ditio pœnas militi ad libitum diſtributa; ſed civitas bene munita, à ſe arcebat exercitum, donec Chriſtianus Guilielmus, ex Marchionibus Brandemburgicis, Archiepiſcopatus illius uſurpator, promiſſum ſubſidium adferret. dederat hic ſe in Regis Sueciæ clientelam, atque ante aliquot menſes Hamburgi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

burgi diverſabatur, ut cum Rege tractaret commodius; verum cum à Cæſarianis Magdeburgenſes in dies magis moleſtarentur, atque vix civitate egredi auderent, duos primates Hamburgum miſerant, ut cum Chriſtiano de civitatis negotiis agerent: his Chriſtianus auditis, concluſoque cum Rege iterum fœdere, cum ſex comitibus, & Suecico legato, Hamburgo, per medios Cæſarianos, Magdeburgum profectus eſt: ingredientem menſe Auguſto cives, maxima cum lætitia accurrentes, exceperunt, & per plures dies, propter ipſius adventum, in civitate ſupplicationes habitæ: ipſe eadem, qua venerat die, congregato Senatu, in verba Sueci cives adigit, promittitque nova privilegia, & ſe ſuis ſumptibus urbem muniturum: Ad hæc publicato edicto totius Archiepiſcopatus ſubditos ad arma vocat, religionis, & libertatis defendendæ

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

prætextu, ut Cæſarianos ſpoliarent, & occiderent, præcipiens, ubi poſſent, ipſi deinceps ſibi Magdeburgi præſto eſſent armati, Pauci admodum erant in Magdeburgenſi Diœceſi, qui Catholice Chriſtum colerent, quapropter additis inſuper injuriis à Cæſarianis acceptis, libenter arma ſumpſere, atque nihil tale opinantes milites aliquot, nonnullis in locis oppreſſere: Hinc Magdeburgum confluentes, Magiſtratus bello adminiſtrando inſtitutus, colligebat, crevitque intra paucos dies accolarum numerus adeo, ut non ad defendendam civitatem ſolum, ſed ad exeundum in aperta ſufficere ſit viſus; quare Chriſtianus cum aliquot ſignis Halam profectus, Pernburgo ex itinere in fidem recepto, ſeſquialtera ante mediam noctem hora, ad portam Salanam ſe ſtitit: Halenſes antea de conſilio admoniti, accepto ſigno, eam portam, duaſ-

que

que alias, expeditis contra Cæſarianos armis, occuparunt, quibus apertis, Chriſtianum cum milite admiſerunt, Cæſarei in arcem refugientes, hoſtium impetum declinavere, cumque arcem dedere recuſarent, Chriſtianus eos obſidere conſtituit, ut civitatem quiete poſſideret, deſtructiſque circa arcem aliquot ædibus, tormenta admoveri, & illam quati juſſit. De his certior factus Tyllius, ut mature ſeditioni occurreret, in Mansfeldico comitatu copias coire mandavit, quas in Magdeburgenſes duceret, reprimeretque ipſorum audaciam, atque maxime conabatur; ut excluſum Magdeburgo Marchionem Chriſtianum deleret; ſed Magdeburgenſes penetrato conſilio, Marchionem admonuere, qui ſe Tyllio imparem cognoſcens, ſoluta obſidione, Hala Magdeburgum reverſus eſt, ſpe Halenſibus relicta, ſe cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

cum majoribus copiis, & viribus reverſurum; deſerta à Marchione civitate, obſeſſi iterum potiti, fuga iis dilapſis, qui Marchioni favebant; utque ſi alias opus eſſet, melius tueri ſe poſſent, civibus novo pro Cæſare juramento obſtrictis, trecentum Croatas præſidii augmentum introduxere. Quamquam civium pars major Magdeburgum ad Marchionem receſſiſſet; neque inquies Marchio copiis, cum Hala, tum ex aliis Archiepiſcopatus locis, auctus, continere ſe potuit, quin ſecundo erumperet, ſpoliaretque, ex improviſo aggreſſus prope Calbam trecentos fere Croatas, qui ex arce Mauritii aliquantulam prædam deducebant; multi ex his captivi Magdeburgum ducti, reliqui adſcitis commilitonibus, incenſis civitati proximis pagis injuriam ulti, oppidulum Vanſlebium depopulati ſunt: Magdeburgenſes contra Mansfeldenſi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

denſi, & Fridbergenſi arcibus aſtu interceptis, apud Otterſlebium aggrediuntur aliquot Cæſarianorum turmas; cum vero ſubſidio iſtis magna vis equitatus adeſſet, illi in tutiora loca ſe recipiunt. Pluribus hinc inde deinceps velitationibus actum, modo his, modo illis favente fortuna. Tyllus vero, & Popennaimus Generalis locum tenens, Marchionis petulantiam reprimendam rati, urbem obſidione cingere decreverunt, ne tam facile erumpere valeret, & damnum inferre. Sedata igitur prius Halæ ſeditione quadam inter cives, & milites forte oborta, vires omnes vertere, ad expugnanda circa Magdeburgum loca; atque paucorum dierum ſpatio Proſam, Scenebeccam, Calbam, Stasfurtium, Eglam, aliaque loca in poteſtatem redegere, ipſique Magdeburgenſes ſuæ civitati conſulere, & reliqua deſerere ſatius rati, Platum, &

Bur-

Burchium pro derelictis habuere, milite in civitatem recepto: erant Magdeburgi duo ſclopettariorum millia, ducentique fere equites; atque annonæ, bellicorumque apparatuum magnam copiam ſuperioribus diebus importaverant cives, quando primum Tyllii conſilium, de ſe obſidendis erant conſpicati, videbaturque civitas imminentem impetum, & obſidionem latura, ſi aliquis adhuc militum numerus adderetur. Quare Chriſtianus per nuncium tribuno Bocchio, qui in comitatu Mansfeldico ſuo nomine milites colligebat, ſignificavit, ut copias, quas penes ſe habebat, in civitatem duceret; Bocchius collectis clam bis mille militibus, quorum fere octingenti equites erant, deductiſque Querfurto quinque machinis, Halam expedito itinere, quo celerius potuit, contendit, cumque ad flumen Salam noctu veniſ-

ſet,

ſet, Halenſi juventute præmonita, quingentos milites fluvium tranſmittit, quibus, civium adminiculo, civitatem per mœnia clam ingreſſis, ipſe cum reliquis apud Salanam portam inter vineas ſe occultat; mox illuceſcente die, dum illa porta aperiretur, ad datum ſignum arma expedita; quique portam tuebantur cæſi, atque cives aggredientibus juncti, Cæſareis nihil tale verentibus magnum damnum intulere: captis mille quingentis, centum quinquaginta fere ceciderunt. Bocchius liberatis, qui Halæ erant, captivis, Senatum in vincula conjecit, qui à partibus Marchionis non ex fide ſtetiſſe accuſabatur, paucique ex Senatoribus, & civibus, qui Cæſaris partes ſectabantur, cum aliquot militibus, in arcem confugerunt; verum non diu felici eventu Bocchius lætatus eſt, nam dum arcem occupare tentat, atque defendentibus extrema

minatur, Popennaimum, cum magna militum manu adventare intelligit; Stativa Popennaimus Calbæ habebat, haud procul Hala, cumque ex profugis ea, quæ Halæ fiebant, cognoviſſet, abſque mora collectum ex proximis ſtativis militem in hoſtem duxit, quem civitate exeuntem, plauſtris, aliiſque impedimentis irretitum, ad internecionem fere delevit, & vix Bocchius cum aliquot familiarium, trans Salam evaſit; ſic temeritate hujus Ducis, quæ præter finem erant tentantis, ſubſidium amiſere Magdeburgenſes, quod non exigui momenti futurum erat, ſi illa obſidio duraviſſet; & Cæſariani opima præda potiti, eodem victoriæ ardore, Manſfeldenſem, & Querfurtenſem arces cepere, atque Magdeburgum, cura Volfgango Mansfeldio demandata, arctius obſedere. At cives propugnaculis ſe munire, & ad omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

caſus belli ſe accingere, cum Theodorus Falchembergius Sueci tribunus adfuit, ut bellum moderaretur, conſilioque, & opere civitatem defenderet; inde per media Cæſarianorum caſtra aliquot militum turmæ Magdeburgum ingreſſæ, tantumque Falchembergii adventu obſeſſorum audacia crevit, ut erumpere ſexcenti pedites, & ducenti equites, non dubitarint, qui tamen omnes à Cæſarianis capti; nam cum Hallenſſebium occupaſſent, occiſis quinquaginta, captiſque centum circiter ex Cæſareis, dum aſportando commeatum, & munitiones ibi inventas detinentur, à Popennaimo intercepti, deditionem fecerunt, omneſque ad unum ad Cæſarianas partes tranſierunt: neque hanc ſolam Magdeburgenſes calamitatem paſſi, nam paucis ante diebus oborta immanis, atque horrenda tempeſtas urbem deformaverat, dejectis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

turrium culminibus, altioribuſque ædificiis.

11. Dum Magdeburgum præteritorum pœnas, & futurorum præſagia patitur, allatæ Stetinum Electorum ad Regem litteræ, ipſius ſecundis reſpondebant; excuſabant omiſſum in primo reſponſo Regium titulum, conſuetudine, & uſu, quibus Imperii Electores neminem Regem appellant, atque ipſum dehortabantur à bello, ea diluentes, quę ſe ad bellum movere, ille aſſeruerat, ſuadenteſque ut amice, & civiliter controverſiæ, ſi quæ eſſent decidérentur; & Cæſar ſua etiam epiſtola queſtus eſt, quod tanto cum exercitu imperium invaſiſſet, & bello non indicto, turbas, ſeditioneſque excitaſſet, imperabatque tan quam Romano Imperio ſubjecto ut ab armis deſiſteret. At Rex, qu non ideo ſcripſerat, ut pacem ini ret, ſed ut bello prætextum quære

ret

ret, reſpondit quidem, ſed nihil de pace; Imo inſuper novam querelam addidit, quod ſibi Cæſar tanquam Romano Imperio ſubjecto ſcripſiſſet, cum ſe ne latum quidem unguem in Imperii limitibus poſſidere profiteretur. Bellum igitur proſequens, ad Brandemburgicum Electorem ſcripſit, poſtulans, ut ſecum fœdus iniret, addito, alios Germaniæ Principes, atque Ordines jam fœdere ſibi junctos eſſe; ſcilicet aperte id profiteri illum volebat, quod jam ſecretis pactionibus erat amplexus; ipſe admonitus Cæſarianos Ghertii munimenta excitare, ut ea videret, menſe Auguſto, cum ſeptuaginta equitibus Stetino egreſſus, magnum diſcrimen ſubiit. Militabat Regi Quintinus quidam Germanus, equitum ſubcenturio, qui antea Cæſari ſtipendia meruerat, hic ſpe præmii adductus ad Contium deflexit, occaſionemque Regis in-

 terci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tercipiendi edocuit, neque neglexit conſilium Contius, ſed miſſis quingentis equitibus, Regem Stetino excludi juſſit; Rex itaque Cæſarea caſtra ſcrutatus, Stetinum revertens, proditum ſe ſenſit, & aut mori, aut ſe captivum tradere illum oportuiſſet, niſi peropportuno ſubſidio tres Suecicorum equitum turmæ, quas ipſe ſequi juſſerat, adfuiſſent: gnaviter hinc inde res acta, dum illi Regem capere, iſti ſervare nituntur; Sueci tandem impetu facto, acceptoque ſecum Rege Stetinum evaſere, ubi equitum quidam Centurio proditionis conſcius, eliſo gutture pœnas luit: neque ego Regem hoc in caſu temeritatis excuſarem; qui ob levem cauſam in diſcrimen certum ſe dedit: non enim tanti intererat, ſi ipſe Cæſarianorum munimenta non vidiſſet, qui per alium poterat tutius, & fortaſſe melius eadem adnotare; ſed inerat ſingu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſingulari Dei providentia cæteris bellicis virtutibus aliquando temeritatis vitium, quo caderet; nam in bellicis rebus nemini fidens, ipſe omnia obire munia, cuncta viſitare, nullibi non adeſſe Guſtavus ſolebat. Appulere inter hæc Stralſundam duodecim naves, cum quatuor Batavorum militum legionibus, quæ pro Rege in Orientali Friſia conſcriptæ fuerant, & Stetinum ex Boruſſia duæ Suecicæ legiones venere. Velitatum poſt hæc paſſim, dum Cæſarei Ghertio Stetinum verſus, Sueci hinc Ghertium excurrerent. Rex vero majoribus intentus, Volgaſtum tendit, ut arcem expugnaret; ſed antequam eo veniſſet, arcis deditionem accepit, quæ quinquaginta dierum obſidionem, atque octies mille bombardarum ictus toleraverat. Quoniam vero ex ſuperioribus velitationibus, & præliis, multi hinc inde captivi abducti fue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

rant, his, atque iis, qui in poſterum caperentur, redimendis, tranſactio inter Cæſarianos & Suecos certis conditionibus pacta eſt, excluſis Pomeranis, & Croatis, quorum primos Cæſariani tanquam rebelles, ſecundos Sueci, tanquam regionum vaſtatores, tractatui includere noluerunt. Rex vero Stetinum ad pecuniam pro bello exigendam rediit, ubi Pomeraniæ ordines, tranſactioni à ſuo Duce cum Rege factæ, appoſito publico ſigillo, ſubſcripſere: urbs quinquaginta thalerorum millia intra aliquot dies ſe regi numeraturam ſpopondit, reliqua provincia totidem, conceſſo inſuper Regi ſuper navibus vectigali ternorum cum ſemiſſe pro centenis. His habitis ipſe, quamvis Bogiſlao, cæteriſque ordinibus contranitentibus, qui Griffenhagam prius, & Ghertium expugnari cupierant, ut liberi moleſtia Cæſarianorum viverent, Stetino

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tino ſolvit, relicto cum ſufficienti præſidio Hornio Caſtrorum præfecto, magnaque annonæ, & munitionum copia, navigavitque Megapolim verſus, ut in eam provinciam bellum inferret. Confluxerant Ghertium omnes Cæſarianorum vires, ut Suecum Stetini opprimerent, aut morarentur ſaltem, ne ulterius progrederetur; At Rex temere ſe facturum ratus, ſi ſummam rerum ſorti unius prælii committeret, cum ſecurius, etſi cunctatius, vincere poſſet, decrevit, dum illi circa Stetinum tempus tererent, qua civitate non facile erant potituri, in Megapolim ubi rarus miles, tenuiaque præſidia, irruptionem facere; atque hoc ſemper moris habuit Rex, hoſtes ſuos in difficili aliquo opere implicare, ipſe interea, qua nemo reſiſtebat, excurrere.

12. Porro Cæſariani collationibus exigendis intenti, Paſbaldiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

militum manum miſerant, qui illius civitatis primates abducerent obſides, quod illa ingentem pecuniæ vim, quam nomine decurſarum contributionum repoſcebant, ſe poſſe ob inopiam dare negaverat; neque ſolum milites captivos primates abduxerunt, ſed etiam civitatem, ablatis quæ ſecum ferre poterant, expilarunt: reliqui cives in Cæſareos ob damna accepta male affecti, & ne vacua in poſterum civitas militum petulantiæ, arbitrioque pateret, cum à Cæſarianis pro derelicta haberetur, Ucchermunda Suecos exciverunt, quorum duo ſigna præſto habuere; conjunctoque cum ipſis opere, Vallum circa urbem reſtaurarunt: fuit in civitate, qui Cæſarianos de iis, quæ fierent, admoneret, miſſaque ſunt tria militum millia, qui civitate Suecos expellerent, quod facili negotio actum; nam cum pauci eſſent Sueci pro civitate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

vitate defendenda, neque poſſent mœnium circuitum cuſtodire, & neceſſariis ad defenſionem carerent, poſt levem pugnam ceſſere, nonnullique Uccheram flumen, quod civitatem allabitur, tranantes, evaſerunt, reliqui cæſi ad unum ſunt; ſævitum deinceps in cives promiſcua cæde, neque fœminis, aut impuberibus venia, ſola redemptionis ſpes aliquot ex ditioribus in captivitatem ductos ſervavit. Nitebatur Contius poſt diſceſſum Regis Stetinum in poteſtatem redigere, atque cum civibus aliquot tranſegerat, ut cum ipſe civitatem appropinquaret, ſibi portam, quæ Ghertium ſpectat, aperirent; & xvj. Calendas Octobris Ghertio cum toto exercitu Stetinum verſus profectus eſt. At Sueci, cognito ipſius adventu, portis ſeſe effundunt, manus conſerunt, atque ſumma contentione duas horas præliatum eſt; cumque proditione de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tecta, cives, qui cum Contio pacti erant, portam aperiri vetarentur, Cæſariani receptui cecinere, atque iterum Ghertium re infecta rediere. Ferunt pridie ejus diei, quo hoc prælium commiſſum eſt Stetini vaſa ſulphureo pulvere plena, arcique principis ſuppoſita, reperta fuiſſe, unde proditionis orta ſuſpicio Suecos cautiores reddidit, civeſque facinus patrare prohibuit. Cecidere eo prælio hinc inde plus minus mille quingenti, nonnulloſque captivos Cæſariani abduxerunt. Rex interim felici navigatione Stralſundam appulerat; exceperantque advenientem magna cum lætitia cives, ac tota claſſis quinquaginta navibus conſtans, in portu conſedit, quouſque ventus adverſus duravit.

13. Guſtavus vero non diu Stralſundæ moratus, ineunte Octobre cum exercitu, qui ſex hominum millibus conſtabat, movit, atque eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

die Barthii caſtra metatus, poſtero Damgartum petiit, ibique turrim, & munimenta expugnavit: Sæve eo die in Cæſarianos animadverſum; nam quotquot Damgarti fuere, aut è feneſtris ejecti, aut igne abſumpti ſunt, nemine reliquo, excuſabantque Sueci hanc ſævitiam, exemplo ſibi à Cæſarianis Paſbaldiæ dato, ubi Suecus nemo in captivitate ſervatus fuerat. Poſt biduum circa mediam noctem Sueci Rebnitium circumſedere, illudque corona circundatum expugnaverunt, eadem, ac Damgarti in defenſores ſævitia, ſolique tribuni, & Centuriones, redemptionis potius ſpe, quam miſeratione ſervati. Patebat hinc in Megapolim aditus nullis arcibus impeditus, ſed Dux Sabellius cum valida equitum, peditumque manu in aperto contra Regem caſtra poſuerat; Quapropter Rex, qui prælii aleam ſubire detrectabat, alliciendis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

incolarum animis, edictum ad Megapolitanos, & ad Roſtochienſes præſertim promulgavit ſuadens, ut ad ſuorum dominorum Adolphi Friderici, & Jo. Alberti partes redirent, quos ut in priſtinam ſedem reſtitueret, ipſe ſe veniſſe dicebat, minitanſque iis, qui ſecus feciſſent ſævam perſecutionem, & fore ut ſuorum regnorum commercio prohiberet. Erat Roſtochii Cęſarianorum præſidium, ſed non adeo firmum, ut ſe poſſe viribus Regis, & perfidiæ civium reſiſtere confideret; quamobrem Dux Sabellius, pulchro aſtu recentem militem in urbem introducere conatus eſt, res ex voto evenit hoc modo; quingentos equites ſub ductu Laurentii Hofchirchii protribuni urbem adequitare juſſit, ac petere, ut Viſmariam ire per urbem ſibi concederetur, ut civitatem illam contra Suecos cuſtodirent; Roſtochienſes tranſitum minime negave-

re, hoc cauto, ne omnes ſimul, ſed manipulatim tranſirent. Ingreſſus hoc pacto manipulus primus, in foro, ubi præſidium præſto erat, ſe ſtitit, reliqui equites, catenis repaguliſque fractis, in civitatem per vim irruperunt, inſtructaque acie duobus diebus; ac noctibus in foro manſere, donec à civibus arma in curiam allata, juratumque ſe plura non habere, quam tuliſſent; inde Cæſareis nuper ingreſſis hoſpitia in urbe diſtributa, & civitas munita; occurſumque Sabellii prudentia Regis conatibus, qui eam à civibus in deditionem habere ſperaverat, quique cum ſe nihil proficere poſſe animadverteret, inde, ut dicemus, diſceſſit.

14. Colligebat hoc tempore circa Hamburgum, & Lubecam pro Rege Sueciæ milites Franciſcus Carolus Lauvemburgicus, ex Saxoniæ Ducibus, quibus Cæſareos ad Albim diſtraheret, atque ideo opportuna

aliquot

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

aliquot loca, ad illum fluvium ſita, Butzemburgum, Vinſcenium, Lauvemburgum, & Naihuſium occupaverat, majoraque moliebatur, ni opportune à Popennaimo occurſum eſſet. nam cum hic intellexiſſet, quæ Lauvemburgicus tentaret, junctis cum Rainachero tribuno, qui in Friſia Orientali pro Cæſare legionem conſcripſerat, viribus, Razemburgum oppidum, decem Lubeca milliaribus diſtans, contendit, quo Lauvemburgicus cum ſuo milite conceſſerat, neque iſte prius Popennaimi adventum intellexit, quam ille caſtra circa Razemburgum metaretur. Erat in arce Razemburgica Auguſtus, Franciſci Caroli frater, qui fratris perfidiam averſatus, in fide erga Cæſarem perſeverabat, negatoque fratri in arcem ingreſſu, illam advenienti Popennaimo dedit, unde hic ad oppidum invadendum ſe accingebat, cum Franciſcus Carolus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

rolus colloquium petiit, quod ad horæ quadrantem conceſſum; at ille colloquii ſpecie naviculam conſcendens, Lubecam aufugere nitebatur, ſed Cęſariani crebra ejaculatione fulminantes, navicularii gubernatoris uno ictu capite adempto, naviculam ſtiterunt: Porro Lauvemburgicus in terram reverti coactus, Popennaimo certis pro ſalute conditionibus ſe dedit, extinctumque eſt ex ea parte bellum, dum apud Stetinum, & in Megapoli flagraret. nam Cæſariani Ghertio quotidie excurrentes Stetinum affligebant; & Sueci Colbergam obſederant; erant utrinque varii conatus, dum illi Stetinum in poteſtatem redigere, & Colbergam tueri, iſti hanc occupare, illud defendere conarentur; atque inter alia Cæſarianorum Colbergam miſſum ſubſidium, cum à Suecis prohiberetur, Stetinum prope excurrit, unde, quamvis hoſte ſtrenue repugnante,

te,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

te, ingentem pecoris vim abduxit.

15. Intellectis interim Regis in Megapoli progreſſibus Contius, ut pluribus opportune provideret, Sabellium Ducem cum Butlero, & Aydone tribunis, Hofchirchio, ac Aloyſio Gonzaga protribunis, aliiſque Officialibus, ac bis mille & quingentis delectis peditibus, atque mille ſexcentis equitibus miſit, qui Regis progreſſus ſiſteret. Sabellius Regem apud Rebnitium aſſecutus, quamvis militum numero impar, contra ipſum caſtra poſuit, ac viginti duos dies detinuit, quouſque ille relicto Rebnitii, cum ſuarum copiarum parte, Bannero diſceſſit; tum quoque Sabellius cum ab ea parte impetum avertiſſet, Deminum reverſus eſt. Hæc circa Octobris finem geſta, atque ineunte Novembri, Ghertio tria peditum, & duo equitum millia Colbergam, ſub ductu Coloredi, à Contio miſſa, ut obſidionem illius ſolve-

ſolverent, Suecoſque ex Boruſſia adventantes, impedirent: ipſe quoniam ſine equitatu remanſerat, Sabellium cum equitatu Demino accivit, ſuiſque addidit copiis: neque hoſtes fugit Cæſarianorum, de ferendo Colbergæ ſubſidio, conſilium, quapropter Hornius cum mille quingentis peditibus, & mille equitibus Stetino profectus, cum Baudiſio tribuno, & cæteris, qui ex Boruſſia veniebant, ſe conjunxit; adortuſque eſt Cæſareos inter Stargardiam, & Sciffelpenium: acriter utrinque uſque ad noctem res acta, qua superveniente, Cæſariani ferre ſubſidium obſeſſæ urbi ſe haud poſſe conſpicati, Trombergam in Marchia diverterunt, Sueci vero Graiffembergam; ubi ſuum Regem habuerunt obvium, qui rebus Megapolitanis Bannero præpoſito, Stetinum revertebatur, ut ſubſidium Colbergæ impediret, ac cum ipſo Stetinum in caſtra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſtra rediere; cui civitati in inferiori ſuburbio ad Viadrum exortum cuſtodum negligentia incendium, non parum attulit damni, combuſtis ſupra centum ædibus, atque habitatoribus conſumptis.

16. Sed dum terreſtribus armis agebatur, maritima non deſiſtebant, Suecicis navibus totam Balthici maris oram, quæ ad Pomeraniam, & Megapolim attinet, excurrentibus; Quamquam ex Viſmarienſi portu nonnullæ Cæſarianorum aliquando erumperent, proximaque loca tuerentur: evenitque ut earum prætoria, tempeſtatis vi à cæteris diſjecta, in plures Suecicas incideret, à quibus poſt longum conflictum ad portum Travemundanum impulſa, vadis alliſit, ubi aliquandiu à Suecis obſeſſa, à Lubecenſibus tandem auxilium habuit, omniaque quæ in ea erant Lubecam aſportata. Movit hoc Lubecenſium facinus Regem, ut ad ipſos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ipſos litteras mitteret, & doleret, quod ſuo hoſti opem ferrent, dum ipſe Germaniæ libertatem quæreret, ſibique milites in civitate colligere (quod Lubecenſes antea vetarant) denegarent, patriæ libertati militaturos: horum non Lubecenſes in communi arguebat, ſed quoſdam, qui male erga ſe affecti, Cæſaris partes adhuc ſectarentur, hiſque minabatur, cæteros benevole admonebat, ut ſibi faverent, diviſeratque cauſam querelæ, ut cives invicem male fidos redderet, atque in partes diſtraheret, unde facilior ſibi civitatis occupatio eſſet; nihil enim civitates, aut Reſpublicas adeo debilitat, hoſtive aditum aperit, ut civium diſcordia. nam dum hi parum inter ſe conſentiunt, quæ Reipublicæ in commune bonum ratio haberi poteſt? Exeunte hoc anno, publico acceſſu Electoris Brandemburgici Sueco vires auctæ. Levir hic Regis

inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

inter cæteros extimulatores potiſſimus fuerat, ut ille in Germaniam ingrederetur, & contra Cæſarem arma caperet, novitatis cupiditate, quod à Cæſareo milite premeretur, aut perfidia; An fortaſſe fore rebatur, ut ſororis fortuna frueretur; Prætextus fuerat cum Collegis, ut diximus, religionis reformatæ ſuperſtitio, & ne Cæſaris filius Romanorum Rex eligeretur: ſed hactenus præſentem Cæſaris potentiam veritus, inter abdita ſenſibus condiderat, cu parti adhæſurus eſſet, Cæſarem inani ſpe, Regem promiſſis detinens; ac tandem habitis, quas me moravimus, à Rege litteris, jamqu ipſius felicia adhuc arma proxim ſentiens, cum ambagibus ulteriu locus non daretur, mentem ſuan quadantenus patefecit, datoque a ſubditos mandato, cavit, ne à Cæſa rianis prædam abduci, contributio neſve exigi paterentur; milites ver

Cæſ

Cæſaris, qui intra ſuos limites manerent, minime moleſtarent: atque hæc quidem ancipiti mandato, quo duceretur, inclinaturo; cæterum ſuam fidem Regi obſtrinxit, ſe ad ea promptum fore, quæ ipſe mandaret, & communem cauſam minime deſerturum.

17. Hæc primo anno Suecici belli geſta, quorum partem cum Cæſar intellexiſſet, veritus, ne in pejus ruerent, ſub quinto idus Novembris Ratiſbonæ, ubi adhuc comitiorum cauſa hærebat, mandatum edidit, novas de contributionibus, & militibus, in Imperio obſervandas præſcribens leges; non enim ipſum fallebat, qua fama in vulgus diſtraheretur, ob militum petulantiam; nam in Germania increbuerat rumor, non ſponte militum, ſed ſuperiorum juſſu ea in populos exerceri, quæ exercebantur; Quo enim pacto fieri poſſe, ajebant, ut Principum que-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

querelas, de militaribus injuriis, toties repetitas, Cæſar inultas reliquiſſet, ni ipſe illos ita ſe gerere juſſiſſet? ut igitur hanc calumniam à ſe Cæſar arceret, de juſtitia, neceſſitateque belli adverſus Suecum aliqua præfatus, certa militibus ſtipendia, eo edicto conſtituit, ab ordinibus, iiſque, qui ſtativa præbituri erant, eroganda; ultimique ſupplicii comminatione cavit, nequis ultra conſtitutum expoſceret; Ad hæc novos ubique delectus inſtituit, & Tyllio, quem Catholici fœderis generalem armorum præfectum, ſuis quoque exercitibus præfecerat, mandata dedit, de novo milite colligendo, atque quoniam cum Galliarum Rege pacem inierat, ut in Suecicum bellum omnes vires intenderet, reliquias ſui exercitus, ex Italia revocavit. Poſt Mantuæ deſolationem, incendiaque, ac vaſtationes feracioris Italiæ partis, Germanicus exercitus

qu

qui Rambaldo comite Collaltenſi duce in Italiam venerat, in Mediolanenſem Ducatum in ſtativa ſeceſſerat, ubi peſtem ultimum divinæ iræ flagellum, poſt clades & famem, omniaque adverſa, ob patrata facinora, & ſacrilegia, experiebatur; atque Rambaldo dum ad triumphum Italicæ devaſtationis in Germaniam pergit, in ignobili vico, immatura morte extincto, Aldringhero Generalis locumtenenti parebat. Exigeret fortaſſe locus, ut miſerandam Mantuæ deſolationem deplorarem, ni alios hanc Provinciam melius adminiſtraturos præſcirem, atque inſtitutum non eſſet, bello Suecico ſolum geſta percurrere; hoc unum mihi præter inſtitutum dicere liceat; rationi congruum non videri, tantæ cladis authorem Cæſarem extitiſſe, qui innumera pietatis exempla poſteris eſt relicturus; aderatque Mantuana conjux, quæ patriæ a-

mans, virum in tam honeſta cauſa dilectiſſimæ uxori obſequuturum, adeo ultra limites ſævire paſſa non eſſet; & crediderim nonnullos exercitus illius proceres, Lutheri veneno infectos, mandatorum metas, odio illibatæ in Italia Catholicæ religionis, Italicique nominis, prætergreſſos; aut avaritia, ad impia ea facinora impulit, quæ vidimus; aut fato, quo Germanorum invaſiones Italiæ exitiales ſunt, hæc evenere: quomodocunque hoc fuerit, quaſi ſuam Deus injuriam ulciſcebatur, & cladibus, inediis, morbiſque vix tertia exercitus pars reliqua, ſtativa in Mediolanenſi Ducatu habebat, cum Cæſar in Germaniam contra Suecum revocavit; datumque Aldринghero reducendi negotium. Præter hæc Catholici fœderis Principes, Colonienſis, Treverenſis, Moguntinus, Bavarus, Lotharingus, & reliqui Germaniæ Catholici,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

omnibus viribus aſſiſtendum Cæſari decreverunt, verenteſque ne Evangelicorum (ita Lutherani falſo ſe appellant) cum quibus ſibi erant continuæ ob religionem, aliaſque cauſas, controverſiæ, vires augerentur nimium, principiis opportune obviam ire ſtatuerunt; & pœnituit aliquos, ſi qui fortaſſe primis, de Rege laceſſendo, conſiliis adhæſerant, incepti, cum non Cæſarem opprimi, ſed ipſius potentiam retundi, peculiari Principum deſiderio, qui ſemper alios potentiores fieri ægrè ferunt, cupiviſſent; Atque ideo milites in ſua quiſque ditione conſcribere cœpit, quos Cæſarianis adjungeret, communemque religionem tueretur. Nam Proteſtantes hoc pro religione, libertateque conſcientiæ, bellum fieri jactabant. Hæc futuri belli fundamenta jaciebantur cum annus à Chriſto nato MDCXXX elapſus eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

COMMENTARIORUM DE BELLO SUECICO LIBER SECUNDUS.

Breviarium Libri.

1. *Suecorum militaris diſciplina, Griſſenhagam Guſtavus, & Ghertium capit. Cæſariani Francofurtum ad Viadrum ſe recipiunt.*

2. *Tyllius Francofurtum, & Lanſpergam munit. Rex ex nova Marchia in Pomeraniam regreditur, pluribuſque locis potitur.*

3. *Tyllius Regem in Megapolim ſequitur, qui Stetini comitiis ordinum Pomeraniæ intereſt.*

4. *Colberga deditur Suecis. Tyllius ad Magdeburgum iterum obſidendum movet.*

5. *Guſtavus Stetini parat naves & milites; Albi duos pontes imponit, Francofurtum, & Lanſpergam expugnat, Proteſtantibus Lipſiæ congregatis ſcribit.*

6. *Pro-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

6. *Proteſtantes Lipſiæ comitia habent, quibus bellum in Cæſarem decernitur.*

7. *Rex auxilium Magdeburgenſibus præparat; Vetus Brandemburgum occupat; ab Electore Brandemburgico Spandaviam habet, à Saxonico nihil impetrat.*

8. *Obſidio, & expugnatio Magdeburgi; Ejus civitatis origo, augmentum, & deſcriptio.*

9. *Cæſar milites undique colligit, quod facit & Rex. Finitimorum Principum, dum hæc gererentur, conſilia.*

10. *Guſtavus Brandemburgico iraſcitur, Stetinum proficiſcitur, Grysbaldiam in deditionem accipit.*

11. *Duces Megapolitani Megapolim invadunt, omnemque occupant, præter tres ſolas civitates.*

12. *Rex in novam Marchiam regreditur, Popennaimum fruſtra opprimere nititur, Verbena, Tanghermunda, & Havelberga potitur.*

13. *Tyllius Regi occurrit: Cæſarei*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

equitatus pars in ſtativis cæditur : Rex prælium detrectat.

14. *Tyllius à Rege diſcedit. Comiti Fyrſtembergio jungitur; Negantis auxilium Saxonis regionem invadit.*

15. *Saxo cum Rege ſuas copias conjungit, & contra Tyllium ambo tendunt.*

16. *Tyllius capta Lipſia adventare hoſtem intelligit; contra ipſum ducit; Lipſenſis clades.*

17. *Rex plures ſubigit civitates, & ditiones, in Franconiam tendit; ipſius uxor ex Suecia, & Hamiltonius ex Anglia cum claſſibus, & exercitibus adveniunt.*

18. *Aldringerus ſiſtere Regis progreſſus nequicquam nititur. Rex Herbipolim, aliaque loca in poteſtatem redigit.*

16. *Saxo Boëmiam intrat, multas civitates, & inter alias Pragam in deditionem accipit.*

20. *Megapolitani Duces ſuam totam ditionem recuperant. Popennaimi conatus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Geſta hæc anno MDC XXXI.

1. SEquentis anni ſæva hyems bellum non diſtulit, Germaniæ frigora aſpernantibus Suecis, qui frigidiori cælo aſſueti, Germanici, quamvis intenſiſſimam intemperiem minime ſentiebant: jactabatque Rex, naturæ ſuorum gnarus, ſe plus hyeme, quam æſtate præſtiturum, atque ideo ſuas copias nunquam in hyberna deduxit, ſed ſemper in caſtris detinuit. At cum pernoctare ſub dio militibus aliquando opus eſſet, ut commodius hoc, & alia munia obirent, magnum pelliccearum veſtium numerum ex Lapponia ferri curaverat, quibus milites tegerentur, friguſque arcerent: Inde ut populorum animos ad ſuas partes attraheret, quod non parum ad ſummam rerum ſpectare credebat, ſevero edicto cohibuit militum licentiam, ne quid comburerent ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

vens, aut plus extorquerent, quam conſtitutum eſſet, multaque addidit, ne populis milites eſſent graves; & hoc non ſolum ad alliciendos incolarum animos fecit, ſed ad milites in officio, & militari diſciplina continendos: ſi enim regionem militum arbitrio conceſſiſſet, expilatis domibus, heriſque ſpoliatis omnia ſecum aſportaſſent, unde impedimenta exercitui, militique ex diſciplina ad voluptates, & luxus tranſitus, incolæque irritati, qui jam ſibi aut adhæſerant, aut ceſſerant, deſciviſſent; reliqui magis reſtitiſſent. Rex utrumque inconveniens uno, eodemque edicto effugit, hocque inſuper conſequutus eſt, ut miles in Germania, eadem cum ſeveritate militarit, qua in Boruſſia, alibique, ubi huic Regi ſtipendia meruerat. Miram Guſtavus militiæ diſciplinam ſervabat, ſeveramque & exemplarem, dum milites mollitie, otioque

mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

marceſcere minime pateretur, ſed continuis moderatis tamen laboribus exerceret, ratus immodicam mollitiem nihilo magnis facinoribus aptiorem eſſe, quam dementiam, & fieri non poſſe, ut is qui luxui, & mollitiei indulget, viro aliquid dignum vel conſulat, vel agat. Exercebat igitur ſemper militem aut præliis, aut militari alio munere, ne per deſidiam molleſceret; quapropter indefeſſum laboribus, præliis fortem, imperterritum periculis habuit. Atque hæc eadem fuit veterum in militares viros ſeveritas, cum arbitrarentur hominem, dum vitam commodam voluptuoſamque duceret, illam magni pendere, ideoque vitare pericula; dum exercitam & laborioſam, floccifacere, & pericula cupere, vel ipſo vitæ faſtidio: Additur naturalis ratio, nam dum quis cibo repletus, aut voluptatibus immerſus eſt, craſſeſcentibus hu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

moribus, pigreſcit, & decora tor-penti ingenio non curat, id decorum exiſtimans, quod ſine periculo, aut labore voluptuoſum eſt; Cum luxu vero caret, decora, tanquam quæ luxum parent, ſi alia ratione non moveatur, etiam cum maximo diſcrimine quærit. Sequebatur exercitam militum vitam, ordinum prudens diſpoſitio, qua cum aciem inſtrueret, Rex utebatur: ita enim aciem muniebat, ut in arcis modum milites pro mœnibus ſtarent; erant in acie propugnacula, cortinæ, ut vocant, cæteraque, quæ noſtrorum temporum militaris Architectonice ad muniendas arces invenit, quæque in plano poſita figura patitur: Neque poterat aliquis partem ullam aciei aggredi, quin à fronte, & ab utroque latere ſcloporum ictibus offenderetur; Equitatu inſuper undique ſepiebat, qui ad congreſſum cogi non poterat, cum à pedite mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ra ordinum diſpoſitione tegeretur, his tormentorum inauditus uſus acceſſerat, quæ ita diſponebantur, ut defenderent, & læderent, ipſa ab hoſtium impreſſionibus tuta eſſent; Quibus utentem artibus mortuum quidem divina providentia vidimus, at non acie fuſum, aut victum. Addiderat militari continentiæ, & diſciplinæ religionem (ſi ita licet hæreticorum impietatem appellare) animorum moderatricem, & inter conſentientes amoris nexum, inter diſcordes odiorum matrem. Nam ſingulis legionibus aderat Lutherani dogmatis prædicans, qui animi paſſionibus, ſecundum ejus gentis errorem, mederetur, & quotidianis concionibus vitia reprehenderet, curaretque ut ſingulis diebus binæ ſaltem ad Deum præces haberentur, quas unaquæque legio in aciem diſpoſita per rhythmos, vernacula lingua, quaſi hymnum concineret;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tantumque ardoris ex his prædicantibus milites, imbiberant, ut propter Lutheri inſanum dogma, vitam, omniaque ſpernerent. Nempe Lutherus impia, captioſaque arte populos illos deluſerat, eorumque animos ſibi devinxerat, dum pleraque concedit, quæ cupiverant, cælum promittens, ſi conſtanter fortiterque in ſuperſtitione vixiſſent; quapropter, cum à prædicantibus Lutherus, ejuſque præcepta ſemper ob oculos ponerentur, non ad prælium ſolum milites, ſed ad mortem ipſam imperterriti acceſſiſſent. Hæc ita diſpoſita ſuperiorum cura conſervabat, dum & ipſi eadem cum ſeveritate vitam trahentes, docerent exemplo, & ſuper milites invigilarent. Erat in exercitu ſuperiorum maximus numerus, nam poſt Regem, & ipſius vices gerentem, binis, aut ternis legionibus Campimareſciallus, ut vocant, ſeu caſtro-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

rum præfectus unus præerat, unuſque generalis ordinum ductor; ſingulæ legiones ſuo Tribuno parebant, atque præter hunc, ipſius vicarium, & legionis ordinum ductorem habebant; Inde unaquæque in cohortes partiebatur, quibus ſingulis ſuus aderat Centurio, Locumtenens, Vexillifer, ordinum Ductor, Decuriones,& quinis militibus præfectus exercitatior miles; cæteri à tot ſuperioribus ordinatim exerciti, & edocti, etiam ſi ordines turbarentur, ſuum agnoſcebant, & adibant locum, quamvis minime admonerentur. Tali cum exercitu Guſtavus ſuperiori anno, ea fecerat, quæ narravimus, & potiſſimas Pomeraniæ civitates in poteſtatem redegerat; cumque in hybernis hyemale tempus minime terere decreviſſet, ut Stetinum à Cæſarianorum moleſtiis liberaret, qui ipſum, dum Griffenhagam,& Ghertium haberent,quaſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

obſidebant, duo hæc loca in primis expugnare conſtituit, præſertim cum id à Bogiſlao, & Pomeraniæ ordinibus enixe poſtularetur. Principio itaque menſis Januarii luſtrato Stetini exercitui ſtipendia dedit; inde Dammum, quod trans Viadrum è regione Stetini ſitum eſt, duodecim peditum legiones, & octoginta quinque equitum turmas deduxit, juſſitque adferri ſeptuaginta majora tormenta, cum minorum machinarum, ligonum, aliorumque militarium apparatuum magna copia. Cum hoc apparatu Dammo Griffenhagam petiit, majoribus tormentis adverſo flumine navibus advectis; atque ita poſtridie ejus diei, quo Dammo diſceſſerat, extructis munimentis, diſpoſitiſque machinis, Griffenhagam omni vi quatere cœpit, brevique temporis ſpatio maxima in mœnibus ruina facta eſt; qua viſa Cæſariani, quorum fere bis mille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

mille & quingenti in eo oppido e-
rant, ab adverſa parte exeuntes Sue-
cis vacuum oppidum reliquere: mul-
ti tamen cæſi ſunt, & capti, atque in-
ter alios Ferdinandus Capua ejus
oppidi præfectus, poſtquam ſtrenue
fortiterque ſe defenderat, in ho-
ſtium poteſtatem venit, pedem &
humeros plumbea glande trajectus,
quibus deinceps vulneribus ad im-
maturam mortem Stetini actus eſt:
Præter hunc nonnulli etiam alii
proceres capti; reliqui Ghertium
confugere. Exercitus, qui in Po-
merania pro Cæſare erat, Torquato
Contio ut diximus, parebat, verum
cum hic adverſa valetudine, nempe
altero crure apoſtemate debilitato,
in Italiam revocatus eſſet, ejuſdem
exercitus Annibali Comiti Sciam-
burgico à Tyllio demandata fuerat
cura; iſque tunc temporis Ghertii,
ubi præcipua erant ſtativa, diverſa-
batur, cum inſtare Regem ab iis,
qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

qui Griffenhaga aufugerant, allatum eſt. Munierat Contius non Ghertium ſolum, ſed opere cornuto Viadrum tranſmiſerat, ibique munimenta extruxerat, contra hoſtilem vim, ſi adfuiſſet, defenſurus. Sciamburgicus vero illud tutari ſe poſſe diffidens, diducto Ghertium præſidio, incenſoque ponte, quo munimentum oppido conjungebatur, vacuum illud hoſti deſeruit. Putabat Rex, qui poſt captam Griffenhagam, diſtributo in utraque Viadri ripa exercitu, victoriam ſequebatur, Cæſarianos adhuc munimento ineſſe, ideoque Baudiſium tribunum, exploratum miſit; acceſſit cum decem equitibus Baudiſius, compertoque nullum defenſorem adeſſe, Regi id nunciavit, qui præſidio tormentiſque loco impoſitis, inde Ghertium quatere cœpit: Neque diu Sciamburgicus reſtitit, cum omnem exercitum acceſſiſſe obſervaſſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

vaſſet, locumque non ſatis idoneum ad tantum impetum ſuſtinendum cognoſceret; quare conſumptis igne commeatibus, effuſiſque vino ac cerevifia in cellariis, tormenta, & quicquid erat bellici apparatus, ne hoſti uſui eſſent, in flumen demerſit; inde ſuppoſitis ignibus oppidum incendit, ipſeque cum iis, quas penes ſe habebat, copiis, Francofurtum ad Viadrum magnis itineribus ſe recepit; exercitus reliquus, qui in adjacentibus pagis ſtativa habebat, magnum diſcrimen ſubiit, dum retrocederet acriter inſequentibus Suecis; unde impedimentorum major pars amiſſa, copiæ tamen integræ partim Francofurtum, partim Lanſpergam conceſſere, ad ea uſque loca, quæ Ghertio ſupra centum decem milliaria diſtant, à Suecis acti. Atque hoc pacto tota Boruſſia, Pomerania, ac nova Marchia ad Viadrum uſque & Bartham fluvios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

vios Suecis ceſſere, egregiam operam navantibus incolis, qui cum ipſis arma conjunxerant, cum ob communem ſuperſtitionem, tum quod Cæſarianos oderant, qui ſe male præteritis temporibus exceperant; & Stetinenſes ea moleſtia liberati ſunt, qua à Cæſarianis Ghertio, & Griffenhaga afficiebantur.

2. At Sciamburgicus poſtquam Francofurtum pervenit, recolligere vires, & luſtrare ſuas copias cœpit, cumque comperiiſſet ſe Francofurti, & Lanſpergæ ſupra duodecim millia militum non habere, carere commeatibus, munitionibus, & tormentis, atque à Crattio tribuno, quem Lanſpergæ præfecerat, moneretur, oppidum illud ex una parte ab hoſte jam obſideri, nec ſperandum, ut defendi poſſet, niſi ſubſidium cum tormentis, & munitionibus adeſſet, ad Tyllium, qui adhuc apud Magdeburgum hærebat, de

de rerum ſtatu ſcripſit, petens, ut aut ipſe cum exercitu veniret, aut ſubſidium mitteret ſufficiens, quo hoſti in aperto reſiſtere, atque Lanſbergam obſidione liberare poſſet; ſi enim hæc in hoſtium manus veniret, nullam eſſe defendendi Francofurti ſpem aſſerebat, excluſo omnibus viis ſubſidio, & commeatu, exterritiſque ab adverſis præliis, & frigore debilitatis militibus. Hæc ubi Tyllius accepit, hoſtem ea parte prohibere conſtituit, ne à proſpera fortuna famam atque inde (nam quo ſe fortuna, etiam favor hominum inclinat) vires acquireret, ideoque cum tribus peditum, & una equitum legionibus Magdeburgo Francofurtum caſtra movit, inde Lanſpergam, quæ hoſti tunc magis erat obnoxia, luſtratum petiit; eoque oppido ſatis pro tempore munito, Francofurtum in caſtra rediit, atque illud muniri, commeatibus,

atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

atque militari apparatu repleri juſſit, ut hoſtium impetum remorari poſſet: multa inſuper circa militum diſciplinam, jam admodum corruptam, correxit; utque commeatuum, munitionum, & tormentorum major adeſſet copia, ejuſmodi apparatus undique afferri juſſit, cum ex propinquis locis, tum ex Sileſia, Boëmia, & Moravia, præter modum ejus civitatis ſervandæ cupidus, quam non parum ad ſummam rerum facere credebat, ſi contra Suecos defendi poſſet, tanquam, ſi ipſorum impetum retudiſſet, edoctura, Suecos non invincibiles, cujuſmodi ſe eſſe jactabant, atque ipſis poſſe reſiſti; inde mutua accepta à Collybiſtis pecunia exercitui emerita ſtipendia numeravit, ut miles in officio contineretur. Rex interim ſuas copias in nova Marchia contraxerat, dilataveratque ſtativa militum trans Viadrum, qua Berlinum ſitum eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ut fere Vittebergam uſque excurrerent. Noſtri Lanſpergæ, Francofurti, Fyrſtembaldiæ, atque aliis in locis, quæ circumjacent, caſtra habebant: Ac dum Beerbaldæ in ſuis ſtativis Rex hiſce rebus intentus ageret, cum Hercule Charnacæo Regis Chriſtianiſſimi Legato, qui ad interponendam ſui Regis authoritatem in pace Suecopolonica venerat, conventionem ad quinquennium nomine dicti Regis iniit, pro communibus amicis tuendis, ſecuritate commerciorum conſervanda, & reſtituendis (ut aſſerebant) in priſtinam libertatem Imperii ordinibus; ad quæ præſtanda ipſe triginta peditum, & ſex equitum millia alere ſuis ſumptibus tenebatur; Galliarum vero Rex aliquot centena thalerorum millia numeravit, hoc cauto ne Catholicis aliquid detrimenti fieret: atque hæc omnia ſine Catholicæ religionis præjudicio eſſent, quam

intactam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

intactam ubique locorum, in quibus inveniretur, conſervari Gallus volebat. Addidit inſuper hic, ut cum duce Bavariæ, & Catholicis fœderatis Germaniæ, ſi non amicitia, ad minimum neutralitas coleretur, ni ipſi pro Auſtriacis arma ſumpſiſſent, atque hoſtiliter ſe geſſiſſent. Sic Sueco in dies accreſcebant vires, jamque palam Galliarum, & Angliæ Reges, Confœderatorum in Belgio ordines, Dux Pomeraniæ, atque Elector Brandemburgicus partibus acceſſerant, creſcebatque incendium, quod facili negotio extingui potuerat, ſi opportune, debiteque remedium adhibitum fuiſſet. Quid enim, ſi cum exercitus, exauctorato Volleſtaino, dimiſſus eſt, illæ copiæ in Pomeraniam ductæ fuiſſent? Non Bogiſlaus defeciſſet, non Guſtavus tantum in Germaniam penetraſſet, & cæteri cunctatius, aut nunquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

in partes ſeceſſiſſent: ſed quæ vilipenduntur aliquando, mirum in modum nocent, & neglecta parva ſcintilla magnum ſæpe excitavit incendium; videmuſque in noſtro corpore, quod ad Rempublicam ſimilitudinem quandam habet, cum in aliquam partem malus humor fluit, ni purgetur, eo natura cæteros malos quoque congeri, inde bonos corrumpi, atque totum infici corpus. Verum enim vero Sueci ante Tyllii adventum aliquot loca occupaverant, per quæ aditus in Pomeraniam patebat, omneſque vires intenderant, ut Lanſperga potirentur, ideoque munimentum, quod prope eam civitatem ſupra montem Cæſariani excitaverant, ſumma alacritate oppugnabant, non minori virtute defendentibus Cæſareis, ſed cum Sueci acriter inſiſterent, munimentum expugnatum eſt, unde uſque Lanſpergam excurrentibus Succis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Suecis aditus patebat; atque quotidie variis ſucceſſibus velitabatur, cum Tyllius, ut diximus, ſubſidio adfuit; cujus adventum cum Guſtavus ſenſit, ſe ea ex parte non ulterius poſſe progredi ratus, niſi prælium cum toto exercitu committeret, quod ſibi temerarium videbatur, aliam invadere partem ſolitis artibus decrevit; Impoſito itaque novæ Marchiæ tributo, relictoque cum octo millibus militum, & magno incolarum numero, quibus arma dederat, fidebatque ob communem hæreſim, Hornio, qui tributum exigeret, occupataque loca defenderet, Ghertium muniri juſſit, ut ex ea quoque parte Cæſariani ingreſſu in Pomeraniam prohiberentur. Ex incendio, quod antequam abiret Sciamburgicus Ghertii excitaverat, vix triginta ſupererant domus illæſæ cum templo, reliquæ ex oppido non exiguo igne conſumptæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ptæ fuerant, mœnia tamen intacta remanſerant; ſed cum comperiiſſet Rex à Cæſarianis cuniculos ſub oppido fuiſſe excavatos, præſidium imponere diſtulerat, & quoſdam ſolum collocaverat milites, qui excubias agerent: nunc vero cum exercitum ex Pomerania deducere in animo haberet, oppidum illud munire, præſidiumque imponere operæ precium duxit, ne eo Cæſariani potirentur, atque Stetinenſes iterum moleſtarent. His ita diſpoſitis cum ſedecim militum millibus ex nova Marchia in Pomeraniam, & Stetinum retroceſſit. Non adhuc Stetinenſes munitionem ad eum ſtatum perduxerant, ad quem Rex voluiſſet, ideoque operis præfectum, & nonnullos alios in vincula duci juſſit, exemplo aliorum; neque excuſavit frigoris ſævitia, qua homines ab opere avellebantur, quodque multi dum glaciem frangerent o-

bruti, aut ſubmerſi eſſent, & humus ipſa frigore indurata ligoni non cederet; aſſeverante Rege fruſtra excuſari, quæ neceſſario facienda ſunt, & quo ea magis ſunt ardua, eo plus intendere vires oportere, cum homo id ſolum non faciat, quod nolit; Inde aliquot dierum ſpatio viſis omnibus, quę erant neceſſe, ad novum Brandemburgum caſtra promovit, quo facili negotio in deditionem accepto, eodem ardore Clempenaviam, Treptovium, & Loitium parva oppida occupavit, parum detinentibus Cæſareis, qui non bene munita loca ægre defendere poterant; poſt hæc Malchino ſine pugna potitus, Deminum obſedit; ac poſt octo dierum obſidionem, quos vaſtandæ regioni, & ſe muniendo impendit, octavo demum Calendas Martii expugnationem inſtituit. Tenebat Deminum Dux Sabellius cum mille quingentis militi-

militibus, muniveratque ſe ab ea parte, qua locus erat debilior, quantum tempus, geluque concretum ſolum patiebantur; ac primum Suecorum conatus repulit, ſtrenueque ſeſe defendit, quamvis acerrime oppugnaretur, donec munita turris, quæ ab altera parte quadringentis ferme paſſibus oppido procul ab Holchianæ legionis Centurione, cum aliquot militibus & tormentis tenebatur, prodente eodem Centurione, Regi deditionem fecit, tum Rex relicta, quam oppugnabat, parte, prope turrim ductis tormentis, ſuperataque palude, quæ inter turrim & oppidum erat, ac tum congelata tormentorum pondus ſuſtinebat, murum oppidi, nudum munimentis, ac ſimplicem, quatere cœpit. quamobrem Sabellius, qui ſervare milites in mandatis habuerat, quarto ab incepta expugnatione die, decoris conditionibus cum Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ge tranſegit, deductiſque duobus tormentis, vexillis, armis, & impedimentis, ſonantibus tympanis in Megapolim profectus eſt; & Guſtavus ejus civitatis poſſeſſionem magni pendens, validum præſidium impoſuit, jubens eam mœnium partem refici, quam tormentis quaſſaverat, præfectoque urbi Bannero, & reliquo exercitu in præſidia diſtributo, Stetinum reverſus eſt.

3. At hercule Tyllius poſtquam Regem in nova Marchia aſſequi non potuit, intellexitque in Megapolim diſceſſiſſe, relicto Francofurti, atque Lanſpergæ ſufficienti præſidio, poſt illum caſtra movit: conſtabat Tyllii exercitus viginti militum millibus, trahebatque ſecum viginti ſex tormenta, quo cum apparatu vetus Brandemburgum, & Rappinum petiit, inde expugnata Felſperga, cæſiſque ad unum defenſoribus, qui deditionem facere noluerant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

lucerant, novum Brandemburgum obſedit. Præerat civitati Cniphuſanus tribunus Suecus, inerantque duo militum millia, præſidium ſatis firmum, ni Tyllius tam acriter oppugnaſſet; nam hic ſimulac ad civitatem acceſſit, illam tormentis quati, & corona circundari juſſit, atque brevi temporis ſpatio aperta ictibus mœnia milites ſubiere, ac etiamſi bis terve à defenſoribus repellerentur, denique tamen per vim irruperunt. Cecidere gnaviter pugnantes defenſores fere omnes, & Cniphuſanus cum uxore, tribus filiabus, centurionibus quibuſdam, ac ſexaginta fere gregariis militibus in Cæſarianorum manus vivus pervenit. Civitas à Cæſareis prorſus devaſtata eſt, ex quibus ducenti circiter deſiderati. Antequam Brandemburgum in Tyllii poteſtatem veniret, Guſtavus poſt occupatum Deminum, inter hoc, & Treptovium poſuerat

caſtra, ut noſtrorum conatibus reſiſteret, non ignarus fore, ut ſua illi veſtigia ſequerentur, atque ipſe interim cum Pomeraniæ ordinum comitia tunc temporis Stetini haberentur, petereturque à ſe, ut ex Pomerania præſidia deduceret, quo provincia ſublevaretur, Stetini iis comitiis aſſiſtebat, metuens, ne eadem levitate, qua populi illi ad ſe defecerant, ad Cæſarem, proximumque ipſius exercitum redirent. Ordinibus igitur, Duceque coram honorifica de ſe, ſuaque expeditione præfatus, religionemque & libertatem obtendens, quarum cauſa ſe veniſſe aſſerebat, de præſenti rerum ſtatu diſſeruit; inſtare ferocem ſævumque hoſtem, qui ſi indefenſam Pomeraniam nanciſceretur, nullum ſævitiæ genus eſſet omiſſurus, contra illam provinciam, quæ primo arma in Cæſarem ſumpſerat, atque eo acriorem futuram ultionem,
quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

quod exemplum cæteris erat præſtitura; neque hæc, quæ modo à me petitis (ajebat Rex) ab iis proponuntur, qui quietem cupiunt, ſed à publicæ pacis oſoribus, qui quietis ſpecie cuncta miſcere in animo habent. Quid enim ſi ex hac ego provincia exercitum deducam, hoſtiſquæ quoquo modo ſuccedat? Anne militum moleſtia liberabimini prima Romani Imperii contra me futuri propugnacula? Succedet Sueco Cæſareus miles, quorum ſi hic vobis carior, cur me ita lubentes advocaſtis, recepiſtis? Quod ſi me recepiſſe pœniteat, pœnitentiæ ſatiſfacturus cauſam peto; ſi nova cupitis, veſtram levitatem doleo, miſereorque, quod nova veteribus in Republica pejora eſſe neſcitis; nam dum aliquis à proprio ad extraneum Principem deficit, proprium injuria inimicum ſibi, alterum beneficio amicum reddit; ſi ab extraneo poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ad proprium redit, hunc veteris injuriæ ultorem, illum recentis memorem, atque ambo inimicos habebit. Præſtat levitati conſtantia, atque in eo permanere ſtatu, quem quis aliquando ſibi elegerit, quam continuis mutationibus agitari. Sed quæ modo proponitis, mitius interpretari placet; ſcilicet meam potentiam, victoriaſque, libertatis ſtudioſi, veremini, quaſi dum meis armis vobis adſum & faveo, libertati veſtræ aliquid detraham; cur militem igitur non conſcribitis, priuſquam exercitum meum deduco, quo provinciam hanc veſtram ipſi defendere poſſitis, atque ego in majorem noſtræ religionis, Germanicæque libertatis utilitatem ad ulteriora pergam? neque velim putaretis, avaritiam, aut in veſtris oris regnandi libidinem, me ex meo Regno evocaſſe, cui abundantes divitiæ, latæque provinciæ patent; me religionis zelus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

lus, veſtræ libertatis deſiderium, veſtræ preces evocarunt: hæc ideo dixi, ut ea, quæ armis aſſero, verbis quoque tuear, & ne mihi aliquando tacuiſſe imputetur; vos quibus ita placet, quæ petitis, habeatis. His verbis minabundus orando finem fecit, quaſi militem ex Pomerania deducturus, & Cæſarianis ad libitum provinciam relicturus; neque Bogiſlaus iratum, aut iram ſimulantem detinere precibus potuit, quin in caſtra eodem die reverteretur. Memorant vere Regem iratum fuiſſe, atque de reditu in ſuum Regnum cogitaſſe, cum tam infidos, lentoſque in iis, quæ promiſiſſent, Germanos vidiſſet. At Stetini in Comitiis ab ordinibus decretum, ut decem millia militum, provinciæ ſumptibus, conſcriberentur, qui Regi, Duci, ac Provinciæ ſacramentum præſtarent. Miſſi cum hoc nuncio legati Guſtavum ita mitigavere, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſua præſidia ex Pomerania deductu-
rum, & ulterius progreſſurum ſe
promitteret, poſtquam decretus mi-
les extitiſſet; ac interim ad præſen-
tem provinciæ tutelam, omnes acco-
las ad Ghertium muniendum con-
venire juſſit, ut incepta munitio ci-
tius abſolveretur, atque ipſe ex Po-
merania minime diſcedere decrevit.
Inter hæc componenda de obſidio-
ne novi Brandemburgi certior red-
ditur, & ne civitas, præſidiumque
illud amitteretur, Fridlandiam, vi-
ginti ab obſeſſa urbe milliaribus, ca-
ſtra movit, opem laturus, & prælium
non detrectaturus, ſi ante expugna-
tionem eo perveniſſet, cum vero a-
miſſam civitatem, cæſóſque milites
ſenſit, dolore perculſus, Anclamum
retroceſſit, cum non amplius cum
hoſte congredi operæprecium ha-
beret, ibique in Cæſarianos inve-
ctus, quod milites ſuos fere omnes
Brandemburgi obtruncaſſent, eos
qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

qui Colbergam dederant, atque tunc per novam Marchiam Francofurtum tranſmittebantur, detineri juſſit.

4. Venerat circa eos dies in manus Suecorum Colberga, à præſidiariis poſt longam obſidionem decoris conditionibus dedita: nam cum eduliorum inopia Cæſariani laborarent, neque ſubſidii ſpes eſſet, menſe Martio cum hoſte pacti ſunt; exivere ex ea arce ſex equitum turmæ, & novem peditum ſigna, cum armis, ſarcinis, ardentibus funiculis, ſonantibus tympanis, ac duabus machinis, relictis tamen vexillis, quæ à Suecis impetrare tranſigendo non potuerant. Fuit hujus arcis deditio magni momenti, non amiſſa ſolum magna militarium apparatuum copia, & multis diverſarum magnitudinum tormentis, ſed ipſa loci opportunitate, qua Cæſarei privati ſunt. Sedet Colberga ad mare Bal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

thicum, tutiſſimo contra omnem ventorum impetum portu ornata, atque adeo forti ſitu munita, ut Rex oppugnationem tentare reſpuerit; Pomeraniæ Boruſſiæque invadendis commodiſſima, neque poterat Rex quiete has provincias poſſidere, dum hæc, atque Viſmaria, celebris item ejus maris portus, Cæſari obedirent; navium enim commoditate, Viſmaria Colbergam miles devehi, atque inde eas provincias infeſtare poterat; & Tyllius horum gnarus, defendi omnibus conatibus, conſervarique eam arcem juſſerat, ſubſidiique curam Gabrieli Rojæ Viſmarienſi præfecto demandaverat; at hic dum militem nautaſque colligit, intercepta, trucidataque à Suecis nautarum, qui Viſmariam tendebant, parte non exigua, detentus, eatenus ſubſidium diſtulit, ut ipſa hoſti dederetur, & quatuor naves, quæ cum annona, recentique milite

milite ſubſidium erant allaturæ, tertio à deditione die Colbergam pervenere; nec prius obſeſſorum deditionem cognoverunt, quam duas Suecicas celoces in portu viderent, & adverſis tormentorum ictibus ex oppido peterentur; cum igitur ſubſidium inferre, & locum recuperare non poſſent, Viſmariam vela vertere, quod ſi ante triduum advenisſent, Colberga per eam ſaltem æſtatem eſſet ſervata, ac impediviſſet, ne ulterius progrederetur, Regem, qui majorem in Germaniam impreſſionem non erat facturus, niſi terga firmaſſet, omnemque ſuſpicionem amoviſſet, ne reditu in ſuum Regnum privaretur. At detenti Colbergenſes dedititii poſt aliquot dies placato Rege Lanſpergam incolumes ad ſuos tranſmiſſi ſunt, & Tyllius capto direptoque novo Brandemburgo, poſtquam ſe in Pomeraniam irrumpere minime poſſe cognovit,

gnovit, occupato, munitoque à Rege omni tranſitu, Magdeburgum redire conſtituit, cum ut eam civitatem obſideret, tum ut Regem, civitati non defuturum, in æquiora traheret loca, patriis auxiliis procul, ubi manus conſerendi copia daretur. Acceſſit quod cum ineunte vere glacies, niveſque liqueſcerent, auxilia ex Lotharingia, aliiſque locis, in quibus pro Cæſare miles conſcriptus fuerat, Magdeburgum adventabant, quibus jungi magni momenti erat: relicto igitur novo Brandemburgo, Rappinum rediit, præmiſſo Coloredo tribuno Bincenum verſus, ad tentandum Viadri tranſitum, quem ſi tranſmittere potuiſſet, cum Rege acie decertare conſtituerat. Sed jam propugnacula, quæ ante pontes fluminis Sueci excitaverant, ad juſtam defenſionem erant perducta, neque expugnari poterant, ſine magno temporis

ris diſpendio, militumque clade, quapropter Coloredus devaſtata regione ad Tyllium rediit, qui vetus Brandemburgum progreſſus, miſſaque Havelbergam equitatus parte, in ditione Magdeburgica reliquum exercitum diſtribuit; & civitatem illam arcta obſidione cingens, primaria caſtra Mecheræ metatus eſt.

5. Inter hæc Guſtavus magnam vim navium Stetini cogebat, ex quibus pontem fabricari juſſit longitudinis C L X X X. pedum, latumque ita, ut quinque equites ſuper illum obequitare poſſent; atque huic ſimilem alium, ſed minorem conſtruxit, ut trans Viadrum pluribus in locis tranſitum haberet, neque ſibi opus eſſet ſemper Stetinum tendere, quando trans flumen ire oporteret. His pontibus, magnaque tormentorum, ac militarium rerum copia adverſo fluvio advectis, novam Anghermundam ſe contulit, ibique

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ibique collecto exercitu, majorem pontem prope Suedam, minorem ad Ferathum collocavit, eoſque validis propugnaculis munivit, ne à Cæſarianis occupari poſſent, ipſe cum exercitu inter utrumque, prope fluvium, caſtra poſuit, in quæ omnem annonam, quæ in proximis locis cuſtodiebatur, afferri voluit. Hæc peragenti defertur Tyllium ex Megapoli diſcedere, quapropter poſtquam Coleredus, ſcrutatis pontibus, diſceſſerat, ſexcentos equites dimiſit, qui progreſſus Tyllii obſervarent, & poſtremos exercitus intercíperent; atque ubi illum, relicto Francofurti, & Lanſpergæ præſidio, reliqua deſerere, & Magdeburgum tendere intellexit, relictis, qui pontes tuerentur, Francofurtum verſus caſtra movit; ipſeque cis fluvium cum decem millibus peditum, & centum equitum turmis, ab altera parte Hornius caſtrorum præfectus,
cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

cum viginti turmis equitum, & bis mille peditibus, incedebat; majora tormenta per flumen, cum apparatibus, minora per ripas trahebantur: hoc ordine pergens, ex itinere Libembaldiam, & Fyrſtembaldiam occupavit, & quinque Croatarum turmas, quæ Zidenicæ ſtativa habebant, obtruncatis ad centum quinquaginta, impedimentis ſpoliavit; octavis denique caſtris Francofurtum pervenit. Civitatis illius cura penes Sciamburgicum adhuc erat, cui Tyllius duo millia militum ſufficiens præſidium reliquerat, quod ipſe, quando Regem ad ſe venire cognovit, adſcitis ſeptingentis aliis, auxit: inde ut hoſtem diutius moraretur, daretque tempus Tyllio, quo Magdeburgum expugnaret, atque poſtmodum Regem in Francofurti obſidione implicatum deprehenderet, extra civitatem munitiones quaſdam extruxit, incenſiſque ſuburbiis,

& conciſis vineis, foſſas duxit, quas militum præſidio firmavit; verum cum à Tiffembacchio tribuno, quem exploratum miſerat, tales eſſe Regis vires intellexiſſet, ut ſuſtineri ab extructis munitionibus minime poſſent, ne militem, quem impoſuerat, amitteret, eas deſeruit, & civitatem clauſit, ipſi defendendæ omnino intentus. Eſt Francofurtum ad Viadrum civitas ſatis celebris, florentiſſima olim academia inſignis, & mercimonio dives; habet ab uno latere fluvium, cæteris in partibus antiquo more muris ſepta. Quinto idus Aprilis primum Rex civitatem ſubiit, totuſque exercitus ad ſclopi ictum acceſſit; Mox Guſtavus perluſtratis omnibus locis, opportuna ad foſſas ducendas, & tormenta collocanda deſignavit; inde Sueci ductis foſſis, ſe in combuſtis ſuburbiis muniverunt, quamvis ab obſeſſis crebris tormentorum, ſclopo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſcloporumque ictibus, eruptionibuſque ab opere deturbarentur. Sequenti die urbs corona circumdata eſt, ſtrenue ſe defendentibus Cæſareis; Rex vero poſtquam in aperto campo prædicantis ſui concionem audivit (quem morem antequam ad prælium accederet ſemper ſervabat) ad milites perrexit, ipſoſque ad opus hortatus, Cæſareos aliquot, qui foſſam tuebantur, impetu facto, in civitatem pepulit, poſt hæc contra Gubinienſem portam, duodecim majora tormenta, quæ jam diſpoſita erant ad ruinam faciendam, aperiendamque aggreſſuris viam, explodi mandavit; cumque excitati præter hoc duo cuniculi incenderentur, ea porta diſjecta corruit non ſine defenſorum ſtrage; & Sueci ruinam ſubeuntes in civitatem irruerunt, cæſis obviis Cæſarianorum; cæteri cum jam hoſtem in civitate eſſe ſenſerunt, in fugam cum

ſarcinis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſarcinis ſe ex altera porta dedere; at cum civitas tota impedimentis repleta eſſet, militumque avaritia nimium unus ſecum ferret, dum fugientes pontis anguſtia detinentur, Sueci perſequuntur, illorum fere centum in fluvium præcipites dati ſunt; in reliquos promiſcua cædes edita, adeo ut ex toto præſidiariorum numero vix mille ſuperfuerint; inde in cives, ædificiaque ſævitum, cum Sueci nemini parcerent, ſed omnia depopularentur, & deprædarentur. Ejus civitatis damnum multis auri myriadibus æſtimatur, fuereque ipſius participes vicinæ civitates, quæ nundinarum occaſione Francofurti merces habebant; auxit calamitatem excitatum incendium, quo multæ ædes conflagrarunt; trucidati ſunt ex Cæſareis ſupra mille quingentos, inter quos Tribunus quidam, nonnullique alii fortes viri occubuere; capti fere quingenti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

atque præcipue Sparius, & Vallius tribuni, cum multis Centurionibus, aliiſque Officialibus; Sciamburgicus Tiffembacchius, & Comes Montiſcuculi, cum ſexcentis circiter gregariis militibus. Glogovium majus in Sileſiam evaſere; ex Suecis quadringenti cecidere, nemine ex proceribus comprehenſo; magna inſuper tormentorum, & militaris apparatus copia Guſtavus potitus eſt: ſic ea civitas corruit, non ſine Regis nota, qui poterat incolumem ſervare; nam cum defenſores diſjectam cuniculis portam viderant, Suecoſque ad irrumpendum paratos, pulſato tympano bis petierant, ut certis conditionibus tranſigerent, & in deditionem acciperentur; quo pacto illæſa civitas in manus Regis perveniſſet: Guſtavus vero iratum ſe fingens ob cladem à ſuis ad novum Brandemburgum acceptam, exercitui eam prædam concedere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

cedere voluit, ut promptiorem ad reliqua haberet; At ſequenti die, poſtquam milites præda onuſti, ſed non ſatiati, ad ſigna rediere, opportunitatem civitatis conſiderans, illam munire decrevit; atque ita ſex legionibus impoſitis, vallum reſtaurari præcepit, cumque maxima annonæ eſſet penuria, & cives non ſolum non haberent, quæ militibus darent, ſed nec etiam quæ comederent, apertis horreis, quibus Cæſariani copioſas fruges incluſerant, civibus,atque militibus frumentum, aliaque neceſſaria largitus eſt. Poſthæc exercitu reliquo in circuitu diſtributo, quoniam paſſionis Hebdomadam ſtylo veteri celebrabat, in civitate ſacris ſuæ ſectæ intentus, conſedit; ubi vero Paſchatis feſta veneratus eſt, Lanſpergam exercitum duxit, occupataque in itinere Croſſa, cum copioſo apparatu, & annona, circa Lanſpergam exercitum

tum

tum diſtribuit, & vallo ſe munivit; inde admotis tormentis, quæ per inuſitatos calles à ruſticis indicatos, ad ea loca perduxerat, ad quæ nunquam poſſe illum pervenire obſeſſi putaverant, mœnia quatere cœpit, occupatiſque munimentis, quæ extra civitatem erant, propius foſſis valloque acceſſit, quod cum obſeſſi vidiſſent, exemplo Francofurti exterriti, facta deditione, pridie Calendas Maii, cum ſarcinis, viginti quinque peditum ſignis, duodecim equitum turmis, & quatuor campeſtribus machinis exiverunt, atque Glogovium majus in Sileſiam incolumes deducti ſunt. Guſtavus præſidio civitati impoſito, Francofurtum cum exercitu rediit, unde occaſione partæ victoriæ ad Proteſtantes, qui Lipſiam ad Comitia convenerant, litteras dedit; Scribebat gratulari ſe, quod tandem Catholicorum jugum excutere fortiter decreviſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

creviſſent, extollebat ſuas victorias, ultimumque ſuadebat, ut totis viribus ſibi aſſiſterent, qui nunquam communi ſectæ, & cauſæ eſſet defuturus.

6. Habebantur Lipſiæ à Proteſtantibus comitia ob negotium obſidionis Magdeburgicæ: erat enim illa civitas cum Proteſtantibus, liberiſque civitatibus fœdere juncta, quamobrem in præſenti calamitate auxilium à confœderatis imploraverat, & Chriſtianus Guilielmus, qui civitatem illam tenebat, cognatus fere omnibus Proteſtantibus, aut affinis, ùrgebat, ut ſibi ſuccurreretur: quapropter Elector Saxoniæ Proteſtantium ſupremus ea comitia indixerat, & congregaverat. Agebatur itaque Lipſiæ de modo, quo Magdeburgo auxilium daretur, erantque variæ opiniones, ut varii erant affectus; At Magdeburgicus Legatus, qui Cæſareos vigiles, ruſtico amictu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



CHRISTIANVS WILHELMVS POS.
ADMINISTR. ARCHIEPIS
MAGDEBVRG.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

mictu fallens, evaſerat, comitiiſque pro ſua civitate intererat, miſerabili oratione recuſantis, deſperantiſque ſpecie ad auxilium ferendum animos flexit. Hic prolixa incomptaque barba, intonſo crine, facie, habitu, cunctis ad miſerationem compoſitis, in Principum conventu occaſionem nactus, ita locutus eſſe fertur. Non me huc, Principes viri, mei cives miſere, ut auxilium veſtrum pro miſerrima patria implorarem, cui omne ſubſidium ſerum futurum eſt, quæque ab imminenti excidio minime defendi jam poteſt; neque ego tantum meæ animæ, gloriæque invidiſſem, ut ſpecie procurandi non profuturi auxilii effugiſſem, ne inter patriæ ruinas tumularer, ſine patria vitam deteſtor, atque una cum ipſa cadere malo, qui felices eos, beatoſque exiſtimo; quibus ante patrum, ſuorumque ora pugnando ſub patriæ

mœnibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

mœnibus fortiter mortem oppetere continget: me benevolentia erga vos meorum civium miſit, me profutura, ſi dictis meis credideritis, imminentium cura, ut poſtquam veſtri vos periculi admonuero, in gremium patriæ apud domeſticos lares ab immani hoſte trucidandus revertar. Noſtræ civitatis obſidio, imo veſtræ, Evangelici proceres, euſque perducta eſt, ut neque ſolvi poſſit, neque nos id cupiamus; nam qui poſſemus in ea patria vivere, quam cum florentem, vigentemque viderimus, in poſterum deformem devaſtatis agris, mutilam incenſis ſuburbiis, horridam direpta majori ipſius parte, reliqua concuſſa, dilacerataque eſſemus aſpecturi? ceſſet iniquum hoc deſiderium, ſi cui ineſt; Præſtat nos deſolatæ patriæ gnaviter pugnantes victimas cadere, & noſtro ſanguine ruinas tantæ urbis aſpergere, quam ſine pa-

tria ſine lare toti terrarum orbi ludibrio eſſe; vos ſolum quibuſcum communibus ſacris, ſanctoque fœdere quondam conjuncti fuimus, oramus, obteſtamurque ſi quid meriti fuerimus, cum pro religione, pro vobis ceciderimus, ut incolumes eſſe velitis, atque contra illum hoſtem, qui noſtro caſu omnium veſtrum ruinam aggreditur, unitas vires intendatis, ne ab ipſo pariter opprimamini. Quid enim Cæſarem moliturum putatis, poſtquam Magdeburgum, quia Lutherum, quia veſtram amicitiam colit, diripuerit? Scilicet ad veſtram ruinam hæc tendunt; atque utinam Magdeburgum cadens id perſuadeat, quod cum ſtaret, non potuit; namque hæc ſpes ſola nos in ſummo hoc diſcrimine ſolatur, quod noſtra calamitate docebimini, quo iſta Cæſaris pietas tendat, ac in futurum (faxit Deus) cautiores adverſus ipſius inſidias eritis;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ritis; Ultimum ſupplicamus, proceres, ut poſtquam Magdeburgo opportunam opem minime tuliſtis, ubi hoſtiles conatus jam imminentes, à veſtris capitibus averteritis, cognati veſtri Chriſtiani, noſtrumque, qui vobis ultimum vale jam dicimus, cadavera inſepulta jacere non ſinatis, cum pro religione, pro patria, pro vobis ceciderimus. Perorante Magdeburgico Legato vix concepta ira Principum lacrymas cohibuit, incenditque civitatis calamitas mirum in modum animos, at non deerant in eo conventu, qui etiam ſi Catholicos, Cæſaremque odiſſent, & Magdeburgi miſererentur, præferebant tamen ſecuritatem propriam alienæ commoditati, ideoque Cæſaris potentiam metuentes, ægre deducebantur, ut palam bellum ſumerent; verum enimvero allatæ Guſtavi litteræ nutantes confirmaverunt, nam auditis ipſius pro-

greſſibus, atque Cæſarianorum conſternatione, nihil ab ipſis ſibi amplius timendum rati, in eorum ſententiam ivere, qui bellum palam ſumendum, tuendumque Magdeburgum ſuadebant. Omnibus itaque ſuffragiis decretum eſt, ut arma non pro hac cauſa ſolum ſumerentur, ſed ut libertas Germaniæ, & religionis (ut ajebant) in priſtinum ſtatum reſtitueretur; quoniam vero tunc temporis nemo ad ſubſidium obſeſſis ferendum paratior erat quam Suecus, cujus opportunè allatæ litteræ ipſius in Lutheranos pronum animum teſtabantur, conſtituere cum ipſo tranſigere, omniaque ipſi ſuppeditare, quæ ad Magdeburgum obſidione liberandum neceſſaria eſſent; miſſis itaque ad tranſigendum Commiſſariis, Magdeburgenſem Legatum læto animo eſſe juſſerunt, neque deſpondere animum cives debere: non e-
nim

nim eo jam res deveniſſe, quemadmodum ipſe dixerat, ut de ſalute civitatis deſperandum eſſet; ſtare civitatem adhuc, & affuturum brevi cum toto exercitu Regem ſubſidio, ac obſidionem ſoluturum; ſe quoque ſi opus eſſet, cum militibus ſuppetias venturos; quæ corruiſſent, aut devaſtata eſſent, in poſterum paucis annis vel menſibus reſarcitum iri, atque ita ſpe, promiſſiſque onuſtum in ſuam civitatem dimiſerunt.

7. Dum hæc Lipſiæ decernuntur Rex cognita obſidione Magdeburgi propria ſponte præſto eſſe decreverat, cum ut eos cives, ſuaſque partes tueretur, tum ne Chriſtianum, qui ſub ſua protectione vivebat, deſerere videretur; miſſis itaque clanculum nuntiis, ſe affuturum brevi pollicitus eſt, interea forti animo eſſent, & ſtrenue ſe defenderent; ipſe quoniam vetus Bran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

demburgum à Cæſarianis adhuc tenebatur, ne poſt ſe hoſtem relinqueret, ad illud expugnandum animum applicuit; miſſo igitur antequam caſtra moveret, tubicine cum mandatis, Vittenhorſtium Cæſareum tribunum, qui civitatem præſidio tenebat, & diligenter muniebat, admonuit, ut intra viginti quatuor horarum ſpatium decerneret, & mentem ſuam aperiret, utrum deditionem facere, an repugnare mallet; Quod ſi locum tutari eligeret, nullam ſibi poſtmodum veniæ ſpem reſervaret. Vittenhorſtius, pernicibus equis miſſo nuntio, Tyllium ſuper hoc conſuluit, à quo mandatum accepit, ut ſtrenue ſe gereret, & civitatem uſque ad extremum defenderet, verum cum poſtea Tyllius locum illum ſatis non eſſe munitum, imperfectis adhuc, quæ inceperant, propugnaculis, intelligeret, mutato conſilio Vitten-
hor-
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

horſtium in caſtra circa Magdeburgum ſe recipere juſſit; Quod ille aſportatis ſecum ſarcinis fecit, & Rex civitatem immiſſo præſidio occupavit. Atque inter hæc Proteſtantium litteras Lipſia accepit, quibus ad liberandum Magdeburgum, oblatis auxiliis, invitabatur. Oblata Guſtavus minime reſpuit, ſed reſpondit gratulari ſe, quod Principes tam ſancte, utiliterque decreviſſent; fauturum ſe illorum petitionibus, & obſeſſæ civitati ſubſidium laturum, iis quæ offerebant pro occaſione uſurum, parati ipſi eſſent ad ea facienda, quæ ipſe opportune petiiſſet; ut igitur præter ſuam propenſionem, Principum pronos animos ad hanc expeditionem vidit, ad ſubſidium ferendum ſe accinxit; & tranſmiſſo cum toto exercitu Viadro, Chepenicum ſe contulit; inde quoniam per Electoris Brandemburgici ditionem ſibi tranſeundum erat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



GEORGIUS WILHELMUS DG MAR:
CHIO BRANDEBURG. P ELECTOR

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Berlinum ad eum miſit Comitem Ortemburgicum petitum, ut Cuſtrinum & Spandaviam cum annona, & menſtruo ſtipendio ſibi traderet, quo tutius Magdeburgum petere poſſet; redditurum ſe ea loca ſimulac civitatem illam obſidione liberaſſet; neque ſe hæc ideo petere, quod de ipſius fide dubitaret, ſed quod ejus præfectos, & Commiſſarios ſuſpectos haberet, qui ſibi cum Cæſareos apud Ghertium fudiſſet, ac perſequeretur, Cuſtrini portas clauſerant, quod non parum damni ſibi attulerat, cum hoſtem omnino delere propter illud ſolum impedimentum nequiviſſet. Ægre deducebatur Elector ad ea loca tradenda, quæ ſitu, & munitione ſuæ ditionis potiſſima erant propugnacula; qua de cauſa Ortemburgico, & Hornio, qui poſt illum cum iiſdem petitionibus venerant, ſe ea loca daturum negavit; Cæterum Regis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36


mandatis obſequuturum, atque iis locis Commiſſarios præfecturum, qui in omnibus illi præſto eſſent; His Guſtavus non contentus cum quinque equitum turmis, mille ſclopetariis peditibus, ac quatuor parvis machinis, Electorem allocuturus Berlinum perrexit; Elector ad milliare prope civitatem obvius occurrit, & poſt amicam ſalutationem, & privatum in ſilvula colloquium, quod integram fere horam duravit, in civitatem rediit, ſuos conſiliarios ſuper petitione Regis conſulturus; Rex cum Electoris Palatini vidua, quæ ipſi quoque cum Brandemburgico obviam venerat, in campo reſponſum opperiebatur. Poſtquam vero regreſſus Elector reſponſum ſecundum Regis voluntatem non tulit, indignabundus in caſtra volebat redire, ſed affinis mulieris precibus detentus, Berlinum cum mille ſclopetariis intravit, at-

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

que altera die rurſus cum Electore egit, ut ſibi loca, quæ petierat traderet, ſecus ſe obſeſſis Magdeburgenſibus opem minime laturum; acceſſerat interea prope Berlinum Suecicus exercitus, unde Elector, vel rationibus à Rege adductis perſuaſus, vel armis ipſius territus, tandem deſcendit ut Spandaviam daret, de Cuſtrino nunquam perſuaderi potuit. Rex itaque, accepta Spandavia, impoſitoque præſidio, Electore, & Illuſtribus fœminis ſalutatis, in caſtra Chepenicum reverſus eſt; inde pridie nonas Maii Poſdamum movit, Electoremque Saxoniæ poſtulavit, ut ſuos milites ſecum conjungeret, quo facilius civitatis obſidionem ſolveret, vel ſaltem ſibi tranſitum per Saxoniæ fines, nempe per pontem Deſſavienſem concederet, quo compendioſiori via Magdeburgum veniret. Utrumque Saxo aperte recuſavit; primum, quod non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



IOHANNES GEORGIVS
D.G. PRINCEPS E. DVX SAX-
ONIÆ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

adhuc ſufficientem militem ſe collegiſſe dicebat, alterum ne ſedes belli in ſua ditione ſtatueretur; tantumque abfuit, ut aliquid concederet, ut etiam Regem, qui colloquium petebat, alloqui reſpuerit, ſua negotia, occupationeſque cauſatus, quod tunc temporis præſertim in militibus recenſendis eſſet occupatus. Me difficultates iſtæ, quas paſſim Germaniæ Principes Regi movebant in eam ſententiam trahunt, ut exiſtimem illos Regis arma ſuſpecta habuiſſe, quaſi ille ipſorum deſiderium victoriis ſuperaſſet; An fortaſſe, ut mos eſt iis, qui nefaria facinora audent, paveſcebant enormitatem ſceleris, & quamvis animo contra Cæſarem proprium Dominum arma ſumere decreviſſent, inſtituti executionem abominabantur; hoc de Saxone dicere licet, illum non prius arma in Cæſarem vertiſſe, quam Tyllius ſuæ ditionis partem devaſtaſſet;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſtaſſet; at hercule hæ moræ eatenus Regem detinuere, ut Magdeburgum excidium paſſum ſit; nam dum Guſtavus cum Saxone, & Brandemburgico altercatur, Tyllius obſeſſam civitatem expugnavit.

8. Reſpiraverat poſt profectum in Megapolim Tyllium Magdeburgum, ſoluta undiquaque obſidione, cum ille majorem militum numerum ſecum abduxiſſet; ideoque cives, & præſidiarii milites excurrebant ſæpe ad triginta uſque milliaria, opprimebantque Cæſareos ſtativa minus vigilanter cuſtodientes, & prædam, commeatumque in civitatem adducebant; verum cum ab externo hoſte ſecuri quodammodo viverent, internis diſcordiis agitari cœpere, dum cives in civitatem, & ſuas domos recipere militem Suecum, quem Marchio Chriſtianus conduxerat, abnuerent; ſed hæc lis cito, intercedente Senatu, ſedata eſt,

eſt, omnique diſſidio ſublato Chriſtianus, cives, & milites fidem ſibi mutuo obſtrinxerunt, ſe una aut victuros aut morituros, donec civitatem ab hoſtium conatibus liberam præſtarent; ideoque alias inſuper munitiones extra civitatem excitare, vallum reparare, & ſe ad quemcunque caſum accingere. Præerat Cæſareis, quos circa Magdeburgum Tyllius reliquerat, Popennaimus, qui nihil relinquebat intentatum, ut pro viribus quas habebat, civitatem moleſtaret, atque interim dum Tyllius abeſſet, Volfenbutulæ in ſuis ſtativis ſcalas, & alia inſtrumenta bellica fieri, parariqne curabat, quibus urbs adveniente Tyllio ſine mora expugnaretur; neque dum militaria moliretur, mitiora conſilia intermiſit, hortatus Chriſtianum litteris, ut ad Cæſaris obedientiam rediret, vitaretque imminentem ruinam; ſed parum admodum potuere

tuere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tuere pia verba apud protervum illius animum, qui religionis prætextu ſuam Tyrannidem obtegens aures non præbebat ſuadentibus, ut Cæſaris clementiæ ſe remitteret, veritus, ne ditione ab illo ſpoliaretur; Popennaimus vero ubi hæc remedia minus valere animadvertit, animum applicuit, ut quoquo modo urbe potiretur; Falchembergio itaque Regis Sueciæ tribuno, qui Suecis Chriſtiano militantibus præerat, per tubicinem ſignificavit, quam procul Regis ſubſidia abeſſent, & quam ipſe ad civitatem expugnandam eſſet paratus; Cederet igitur dum tute poſſet, & Cæſari gratificaretur, beneficium non neglecturo, ſed condignum præmium porrecturo, ſi ipſius opera rebelli civitate potiretur, hæc vero alium pepererunt effectum, quam Popennaimus putarat, nam non ſolum Falchembergius allatis rationibus perſuaſus fuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſed irritatus ultro, tanquam ſibi hæc quaſi proditori proponerentur, tubicini reſpondit, ſe pro hac vice illum excuſare, quod fortaſſe eorum, quæ afferret inſcius veniſſet, in poſterum nemini parſurum, ſed in furcam acturum, qui ejuſmodi ſibi nunciaret, ac ſe mirari, quomodo Popennaimus, alioquin egregius, honeſtuſque miles, ſcripſiſſet hæc ſibi, qui proditionis nunquam ſuſpicionem dediſſet; atque hæc quidem tubicini, Chriſtiano vero, & Magdeburgico Senatui acceptam epiſtolam oſtendit, ut ipſorum animos, hac de cauſa irritatos, erga ſuum Regem magis affectos redderet, & ſuam fidem oſtentaret; inde ut ſtrenue patriam defenderent cohortatus, cum ſuo milite egreſſus, ad Albim quinque à civitate milliaribus procul, Scionebeccam verſus, parvum munimentum excitavit eo conſilio, ut liberum in Saxoniam tranſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tranſitum ſibi ſervaret, unde commeatum pro militibus quæreret, quibus nolebant cives ex ſuo impartiri; mox munitioni milite impoſito, qui tutari poſſet, Magdeburgum reverſus eſt; atque hoc munimentum Magdeburgenſibus per integrum fere menſem utile admodum fuit, nam non per ſilvam crucis ſolum, ad quam id ſitum erat, Gommera copioſam annonam habebant, ſed etiam ex eo erumpentes milites Cæſarianis eripiebant, quæ illi ſibi quæſiverant, illoſque non parum moleſtabant; & Popennaimus, qui ad illud expugnandum acceſſerat, prohibere non potuit, quin ad finem perduceretur, cum non ſufficientem militem haberet, ut illud jam ad juſtam defenſionem perductum expugnaret; ſic juvit hoc Magdeburgenſes non parum, quouſque Tyllius ex Megapoli redux circa idus Aprilis illud expugnavit. Diſtribuerat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

rat, ut diximus, in Magdeburgenſi ditione Tyllius exercitum, atque ubi aliquot dies curandis corporibus inſumpſit, civitatem propius accedere, atque adjacentia munimenta expugnare deliberavit; Mechera igitur, & Pechavio movens cum exercitu inter Præſterenſe, & Craizhorſtenſe Magdeburgenſium munimenta in ſilva conſedit, excitatoque ibidem vallo ſe munivit; miſſis inde militibus, qui viam ad civitatem inſiderent, ne hoſtes in illam aufugerent, munimentum ultimum ad Albim aggreſſus eſt, tormentiſque ab utraque fluminis ripa directis, quati juſſit, atque eadem die à præſidiariis deditum in poteſtatem redegit; pari felicitate intra paucos dies Præſterenſe, Craizhorſtenſe, Præſteram, Cracaviam, & Buccavenſe munimenta expugnavit; quo pacto extra urbem omnium maximum munimentum Magdeburgenſibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſibus ſolum reſtabat, quod vectigal appellabatur; amiſere in iis munimentis cives militum pugnaciſſimos, & ea, quæ maximi pendebant, vix uſui fuere. Porro Tyllius conſpicatus, nullum aliud amplius extra urbem munimentum extare, quam vectigal, illud quoque aggredi operæprecium ratus eſt, ut poſtmodum alia omni cura liber civitatem acrius oppugnaret; diſpoſitis itaque machinis ruinam excitare cœpit, factumque eſt, ut cum vallum ex arenoſa, minimeque tenaci terra conflatum eſſet, brevi temporis ſpatio ipſius integrum latus corruerit; quo viſo Falchembergius milites in civitatem jam munimentis nudatam revocavit, combuſto prius ponte, qui vectigal civitati conjungebat. Tyllius ut hoſtem vectigal deſeruiſſe cognovit, metuens inſidias, neve ſuppoſitis ignibus, cum militem impoſuiſſet, diſjiceretur, uſque ad

noctem

noctem præſidium imponere diſtulit, qua adventante demum aliquot peditum ſigna immiſit, qui illud contra civitatem munirent. Licet hic Magdeburgenſium exemplo infelicem mortalium induſtriam deplorare, qui aliquando quidpiam moliuntur, & faciunt, ſibi uſui, & commoditati futurum credentes, quod deinceps in ipſorum perniciem, & ruinam vertitur; extruxerant Magdeburgenſes immenſis laboribus, & ſumptibus extra ſuam civitatem tot munimenta, ut hoſtem impedirent, & diſtinerent, ipſi interea temporis beneficio fruerentur, & obſidionem in longum traducerent; at hæc ipſa faciliorem expugnationem reddiderunt, fuereque in cauſa, ut cives citius ſuæ patriæ excidium viderent: nam amiſſo extra civitatem magno militum numero, jam adeo pauci in civitate ſupererant, ut tenere totam non poſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſent, atque ea ipſa, quæ in ſui defenſionem fabricaverant, munimenta, in ſe præparabantur; verum Chriſtianus, & Falchembergius ubi præter ſpem amiſſa propugnacula tam cito videre, de rerum ſtatu Regem, & Proteſtantes, qui Lipſiæ diverſabantur, miſſis clandeſtinis nunciis admonuerunt: ipſi cum militum numerum nimis anguſtum eſſe cognoſcerent, ad totam civitatem tuendam, ſuburbia deſerere decreverunt, præſertim cum Sudemburgum Cæſariani jam oppugnare cœpiſſent, ex citato itaque Sudemburgi, & in nova urbe incendio, ædes combuſſerunt, atque ex igne ſuperſtites, adhibitis machinis, cuniculiſque, ſolo æquavere, ne hoſtis iis contra ſe uteretur, aut in iis hoſpitia collocaret; Cæſariani igitur Sudemburgum circa Calendas Maii occuparunt, & Popennaimus quarto nonas ejuſdem menſis novam urbem

bem cum quinque legionibus ingreſſus eſt: mox Cæſarei foſſas ducere, gravi obſidione civitatem cingere, omneſque vias intercipere, quibus Magdeburgum aditus pateret. Inter hæc Guſtavi ad odſeſſos litteræ interceptæ ſunt, quibus partam ad Francofurtum victoriam narrabat, & ſe ſubſidium brevi cum toto exercitu allaturum, per ſuum honorem juratus, promittebat, eſſent interea bono animo, & ſe ſtrenue defenderent; has ad ſe allatas Tyllius, qui Mecheræ diverſabatur, quamvis Francofurtenſi clade perculſus, ad Popennaimum miſit, ut obſidionem urgeret, nam adventare Regem, & Proteſtantes ubique delectus inſtituiſſe, ut obſeſſæ urbi præſto eſſent, qui ſi venirent, erat omnino obſidio ſolvenda; Sed harum lator à Magdeburgenſibus, qui tunc forte ex civitate eruperant, captus eſt, & cives Regis litteris in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſpem erecti ſunt, acriuſque defenſionem ſuſcepere, & quanquam multorum animi conciderant, ub cognoverant rem ſerio agi, & Tyllium omnino conſtituiſſe civitaten expugnare (quod antea nunquan putarant futurum, quare neque mi litem, neque apparatum ſufficien tem providerant, ad tam vaſtam, & irregularem munitionem defenden dam) fecere tamen ea, quæ vires & tempus permiſere. Supererant o mnino in civitate duo peditum mil lia, & tercenti fere equites ex exer citu, quem Chriſtianus conflaverat cæteri aut per acies ceciderant, au fama conſumpti erant, multos etian ægritudines abſumpſerant, quas e male cocta cerevifia contraxerant Hos reliquos milites Falchember gius per mœnium apertiora loca di ſtribuit; inde quoniam illorum nu merus minime ſuffecerat, editiori bus, & munitioribus locis cives im

poni

ponit, fœminas atque impuberes afferendis apparatibus, aliiſque neceſſariis adhibet, ipſe nullibi non adeſſe, omnia luſtrare, mœnia, ſtationes percurrere, hortari, facere, milites civeſque verbis atque exemplo monere. Neque Chriſtianus deſes tempus terebat: nam dum Falchembergius ore, præſentia, opere defenſores incitat, ipſe in Senatu conſulebat, quid in ſupremo rerum diſcrimine agendum, omnibuſque conſulto providebat; atque hæc quidem in civitate; Tyllius vero poſtquam cinctam undique civitatem vidit, facile putans, ut cives exterriti deditionem facerent, ad eos litteras dedit, atque eodem fere tenore ad Chriſtianum & Falchembergium ſcripſit, ut poſtquam jam excidium urbi immineret, neque ulla ſpes auxilii eſſet, ſe æquis conditionibus dederent, & ultima expectare non vellent; ſe hæc ideo ſcri-

 bere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

bere, quia, ut Chriſtianum virum decet, à tanta ſanguinis effuſione, quanta erat futura, ſi civitas vi expugnaretur, abhorreret; miſereri ſe tot imbellium mulierum, & puerorum, qui erant perituri, eaque de cauſa eos monere, ne ſibi poſtea crimini, ſævitiæque daretur, ſi ultimam ruinam paterentur. Non reſpuere omnino Magdeburgenſes deditionem facere; ſed quia negotium hoc magni momenti eſſe dicebant, quod non ad ſe tantum, ſed ad omnes Proteſtantes pertineret, nec Principem, aut Senatum, aut cives de eo aliquid, inconſultis aliis, ſtatuere poſſe, ſed rem omnem ad vicinos Electores, & confœderatas maritimas civitates referendam; reſcripſerunt itaque quod ſi ſuos Legatos incolumes, liberoſque ire permitteret, ſe citatis equis ad Electores, Saxonem, & Brandemburgicum, atque Lubecam miſſuros, qui ſuper hoc

negotio

negotio conſulerent, & conſtitui commiſſarios ad tranſactionem procurarent: ſiſterentur interim arma, ut facilius, & commodius hæc peragerentur; Tyllius ut Legatos mitterent, conceſſit, tubicineſque dedit, qui ſalvos ducerent, de armiſtitio non conſenſit: nam cum civitatem in manibus jam haberet, tempus traducere nolebat, quò obſeſſis, vel Rex, vel Proteſtantes præſto eſſent. At decreta, conceſſaque legatio irrita fuit, neque Legati eò ivere, quo miſſi fuerant, ob mox ſecutum urbis excidium. Dum de mittendis Legatis ageretur, obſeſſi una, eademque die ter eruperant, cæſiſque Cæſarianorum fere ducentis, in civitatem redierant; Cæſariani vero nihiloſecius operibus ſuis promovendis inſtabant, brevique temporis ſpatio juxta Haydeccum, & novam urbem, in multis locis, ad labrum uſque foſſæ pervaſerant, unde ignitos glo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

bos in civitatem jacientes, incendium excitare nitebantur; ſed obſeſſi diligenter extinguendo cadentes globos, periculum avertebant; quoniam vero ex ea parte magno damno afficiebantur, Falchembergius erupit, ut inde Cæſareos expelleret, poſt longum tamen certamen in civitatem repulſus eſt. Porro Tyllius cum Regem in dies magis accedere intelligeret, acrius oppugnationem urgens, diſpoſitis ubique tormentis mœnia quatiebat. Sextodecimo Calendas Iunii ſedecim muralibus machinis novam urbem juxta longa ruina eſt edita, omniaque ad eam aggrediendam, invadendamque parata erant, & milites ſolum ducis ſignum expectabant, ſed cum ab una parte turris ſupra portam ſtaret, in qua obſeſſi tormenta diſpoſuerant, quibus non parum damni Cæſarianis afferebant, & ab alia prope Albim propu-

gnaculum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

gnaculum eſſet, quod & ruinam aggreſſuros moleſtabat, Tyllius militem cohibuit, donec turris illa, & propugnaculum everterentur, faciliorque ad diruta mœnia acceſſus pateret; Dum enim turris, & propugnaculum ſtabant, ſi milites acceſſiſſent, ab utroque latere infeſtis ſcloporum, machinarumque ictibus petebantur. Iuſſit itaque Tyllius turrim, & propugnaculum quati, interim viginti fere ex Cæſareis per cellas, & foſſas ad vallum urbis penetraverant, jamque illud fodere, atque in eo ſe munire inceperant, cum erumpentes cives illos expulerunt. Erat in civitate dum hæc agerentur, maximus tumultus, omneſque in armis ſtabant cenſentes, Cæſarianos ea die impetum facturos, neque tamen ideo exterriti deditionem facere, aut colloquium petere in illorum animum incidit, ſed præfractè in ſua obſtinatione perſeve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ravere, donec turris, quæ ſupra portam erat, ſequenti die xi Calendas Iunii tercentis ferme tormentorum ictibus corruit; tunc, tametſi non ex Cæſarianorum voto ea ruina ſucceſſerat, qui in foſſam cadere illam cupiverant, ut ruinis foſſa impleretur, tamen exterriti, cum jam facilius, & ſecurius ruina adiri poſſet, emiſſo tympaniſta, quatuor dierum inducias petierunt, quibus Electores, Saxonem, & Brandemburgicum, & maritimas civitates de ſuo ſtatu admonerent. Tyllius lacerata epiſtola, quam miſerant obſeſſi, reſpondit, non amplius conſulendi eſſe tempus, ſed tranſigendi, quibus conditionibus poſſent, ſe nolle diutius jam partam victoriam differre, ipſi ſibi conſulerent, dum tempus eſſet, & res adhuc ſtarent; hortari ſe ne ultimum excidium, quod jam imminebat, expectarent; dimiſſo cum hoc reſponſo tympaniſta, tubicinem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

bicinem ipſe ſub meridiem miſit, cum tribus epiſtolis, ad Chriſtianum, Falchēbergium, & cives, ſcribens, ne inutiliter mori, diripique civitatem mallent, quam ſe decoris conditionibus dedere. Acceptis his litteris, Magdeburgenſes, quoſdam ad Tyllium mittere decrevere, qui conditiones quas proponeret, audirent, & referrent, ut ſuper iis deliberaretur. Verum dum iſti conditionibus diſcutiendis intenti ſunt, Cæſarei milites opus non intermittebant. Popennaimus enim quietis impatiens, ex nova urbe prope Albim, ubi foſſa aquis carebat, impetum fecit, ut milites aliquot ſub vallo occultaret, ſed ab obſeſſis repulſus, cuniculis rem agere inſtituit, ut partem valli disjiceret, quod itidem irritum fuit; nam perſentiſcentibus id obſeſſis, vanum contrariis cuniculis conatum reddidere. Popennaimus demum viva vi in foſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſam irrumpens, cum ab obſeſſis parum impediretur, qui ſulphureo pulvere jam fere deſtituti, eminus infeſtare parum poterant, in ea ſe munivit, ſequentique die pluteis vallum aggreſſus, ligonibus illud effodere cœpit, quamvis obſeſſi id impedire ſumma vi niterentur, machiniſque ex propugnaculo, quod foſſam ſpectabat, effoſſores turbarent; verum cum viderent hæc parum proficere, cœptis inſiſtente Popennaimo, ſequenti die Tyllii tubicinem cum reſponſo remittere, & deditionem facere conſtituerunt; interim cum obſervaſſent Cæſarianos catervatim huc illuc itare, conjecere eos expugnationem moliri; quamobrem totam noctem inſomnes ſuper vallum perſtitere, factoque impetu Popennaimum ex foſſa pellere nequicquam conati ſunt. At Tyllius ubi ad ruinam patere faciliorem acceſſum vidit, omnia parari juſſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

juſſit, ut die illuceſcente urbs expugnaretur, locaque diſtribuit, quæ quiſque aggrederetur; ſic xiii Calendas Iunii, qua die obſeſſi ſeſe dedere conſtituerant, Cæſariani quiete in ſuis ſtativis ſe continebant, ut obſeſſos fallerent, qui cum inſomnes noctem traxiſſent, inſidebant dormiturientes vallo, atque ubi uſque ad tertiam diei horam nihil tentaſſe hoſtes viderent, dimidia civium, & militum pars, permittentibus pręfectis, domum ad requieſcendum ſe contulit, ipſique præfecti, qui tunc ab excubiis immunes erant, quieti ſe dederunt; Atque Falchembergius curiam petiit, ut cum Chriſtiano, & Senatu de dimittendo Tyllii tubicine ageret; At cum Popennaimus, cui primus aggrediendi locus obvenerat, omnia in civitate quieta animadvertit, diſpoſitis in acie militibus, quouſque, inquit, rebellis hęc civitas veſtram virtutem commili-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tones eludet? Anne huic obſidendæ noſtram omnem ætatem impendemus?Impunes nobiſcum Magdeburgenſes tranſigent? Servabũt patriam, domos, aurum, qui tantum nobis negotii faceſſerunt, nos qui tot tantoſque labores in hac obſidione exantlavimus,ſine pręmio abimus?ſic erit milites;ecce jam tubicinem noſtrum dimittunt, Tyllio æquis conditionibus ſe dedunt, nos merita, partaque præda defraudamur, & laceras veſtes, vulneratum corpus, defeſſam animam reportabimus. Quin potius priuſquam hæc concludantur, duobus iſtis agglomeratæ argillæ cubitis ſuperatis, in inermem illam plebeculam ferro irrumpimus? aſcendere vallum labor erit ſolum; cætera cædes inertium, vaſtationes domorum, ſolatium; ſupellectiles,divitiæ, quibus Magdeburgenſes abundant, præmium erunt; Agite milites, me du-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

cem ſequamini, perfidiam ſine pœna, injurias ſine ultione, noſtros labores ſine præmio eſſe non patiamur. Hinc haud ſecus, quam aliis perſuaſerat, faciens, diſtricto gladio foſſam ingreditur, ſuperatiſque ſuis munimentis contra vallum tendit; & milites pari alacritate ducem ſequuti, inferiorem valli partem occupant, mox ſuperiorem aggreſſi, ex ea quoque Magdeburgenſes deturbant. Falchembergius autem cum ſuos claſſicum canere ſenſiſſet, egreſſus curia, quos potuit milites collegit, & contra Popennaimum civitatem jam ingredientem duxit; hic renovato prælio acriter dimicatum eſt, jamque Cæſarei ab ingruente civium turba repellebantur, ni interfecto plumbea glande Falchembergio cives exterriti ceſſiſſent; mox omni ex parte Cæſarei irrumpere, necare reſiſtentes, incendere ad ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

rorem domos, excurrere, deprædari, quique minus diſcriminis ſubierant, meliorem partem prædę referre. Inde, quod ultimum civitatis exitium fuit, apertis portis equitatus, & Croatæ introducti ſunt, qui per civitatem diſcurrentes miſerandam ſtragem edidere; Sævitum in viros, fœminaſque promiſcue, neque imbellis ætas impuberes ſervavit, ſolum incendium, quod afflante vento tota jam civitate vagabatur, ſtragi finem impoſuit, ſuperſtites ferro, alio ſæviori mortis genere, afflicturum; nam cum flammæ ubique debaccharentur, Cæſarei, exceptis aliquot legionibus, quæ ſuper vallum ſigna firmaverant, ipſumque cuſtodiebant, in caſtra reverſi, quod ex miſera civitate ſupererat, igni conſumendum reliquere. Chriſtianus plumbea glande ſiniſtrum crus trajectus, cæſimque caput vulneratus, vivus in Popennaimi poteſtatem venit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

nit, ac deinceps Viennam ad Cæſarem captivus tranſmiſſus eſt. Supervixere & alii civitatis Senatores, & Primates, ſpe redemptionis à Cæſareis ſervati; Cæterum ſoli milites aliquot, qui defendebant civitatis quandam partem, quæ Marſchia dicebatur, vitæ incolumitatem pacti, militari more ſe dedidere. Pauci item milites, & cives in templum majus, quod ab igne intactum fuit, miſericordiam victoris experturi, confugere; reliqua plebs militeſque partim ferro cecidere, partim igne miſere conſumpti ſunt. Mirum eſt dictu, quam brevi temporis ſpatio flammæ civitatem illam abſorpſerint, nam non pluribus, quam viginti quatuor horis tota conflagravit. Cathedrale templum, Beatæ Virginis Cœnobium, & centum quinquaginta fere piſcatorum domus, prope Albim ſitæ, quæque ab aliis ſeparatæ erant, tantum ſervata;

Inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Inter alia, ſex egregia templa in cinerem redacta, quorum aliqua ſectilibus laminis, aliqua plumbo, & Divo Ioanni dicatum cupro, tecta erant; Cæſorum numerum referre vix quiſquam poſſet, certum tamen eſt, plures flamma, quam ferro periiſſe; nam apertis cellis, & fornicibus, in pleriſque tres, quinque & plures fœminas, ac pueros fumo, flammaque enectos reperire erat; neque ex ſepultura numerum ſupputare licuit, cum cadavera Tyllius in flumen juſſerit projici, ut milites ſepeliendi labore liberaret. Sunt qui ad ſeptem millia civium in eo excidio mortem occubuiſſe dicant; Superſtitum quoque numerus incertus eſt, cum captivi in varia caſtra diſtributi fuerint, & profugi in diverſa loca ſe contulerint, ſupra tamen quadringentos fuere, quorum aliqui cum uxoribus, & filiis diu à Cæſareis detenti, aut precio perſo-

luto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

luto ſe redemere, aut fuga evaſere. Militum promptiſſimi pugnando ceciderunt, cæteri, qui ſegnius rem geſſere, projectis turpiter armis in deditionem accepti ſunt, ex Cæſareis pauci admodum deſiderati, cum tantum primo ingreſſu Falchembergium reſiſtentem invenerint, poſtmodum pugnaverint nuſquam. Sic Magdeburgum cecidit, libera Germaniæ civitas ad Albim ſita, antiquiſſima, nobiliſſimaque, cujus excidium ducentis ferme abhinc annis indigena vates elegiaco carmine eleganter defleverat. Memorant civitatem hanc à Druſo, filiove ipſius Germanico, Auguſti Cæſaris tempore, mœnibus cinctam, cum antea pagus piſcatorum eſſet, extructoque Veneri Partheniæ templo, Parthenopolim appellatam, cujus ſignificationis nomen, mutato ſecundum proprium idioma vocabulo, uſque ad finem retinuit; nam Magdeburgum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

gum Germanice, idem fere eſt, ac latine puellarum oppidum, cui ſignificationi alludit Græcum, Parthenopolis. Hanc civitatem Magnus Carolus Cæſar bello Saxonico in poteſtatem redactam, pulſis Ethnicis ſacrificulis, Chriſtianam religionem edoceri curavit, Epiſcopumq; præpoſuit; Otho magnus à Vandalis, Hungaris, & Boëmis deſtructam reſtauravit; inde in Archiepiſcopatum erexit, & innumeris privilegiis decoravit. Lutherus anno à Chriſto nato MDXXII. à Catholica veritate ſeduxit: unde deinceps infinitas calamitates, & clades variis temporibus paſſa eſt, quouſque in ſua perfidia corruerit; Urbs erat ſatis ampla, & potens, multis Parochialibus, templis, & Cœnobiis inſignita, eique aliquot alii Germaniæ Epiſcopi ſuberant, Miſnenſis videlicet ad Albim, Zaitzenſis ad Salam, Brandemburgenſis, & Havelbergenſis. Sita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

erat in lata planitie; ipſius mœnia propugnaculis, turribus, & foſſis prope muniebantur; ædificia elegantia, amœna fora, opera publica inſignia habebat, ornataque; fluit ab uno latere Albis fluvius inſignis, inter majores Germaniæ non minimus, cujus ripas perpulcher ſublicius pons conjungebat; jure utebatur Romano, in Saxonicam linguam deſcripto, omniumque adjacentium populorum cauſæ huc remittebantur. Atque præter præclara tot ornamenta precioſiſſimum omnium habebat Divi Norberti ſanctum corpus, quod ab Abbate Cœnobii, in quo jacebat, pia fraude impiis civibus ante nonnullos annos ſurreptum, Pragam in Strahoffenſe Præmonſtratenſium Cœnobium allatum vidimus, numero, & qualitate miraculorum clarum, quodque eam civitatem ab exitio ſervaſſe, dum in ea fuit, vel ab ipſis hæreticis

credi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

creditur. At milites poſtquam deficiente eſca flammę ſuppreſſę ſunt, in civitatem reverſi, ruinas perquirere, cellaſque rimari cœperunt, ubi copioſam prædam ſunt nacti, cum cives ignitorum globorum, qui à Cæſareanis jaciebantur, metu, veſtes, precioſaque alia in iis abdidiſſent, tantumque commeatus, & annonæ ibidem repertum eſt, ut valde miraretur Tyllius, qui obſeſſos milites vel pane carere reſciverat: Sed hoc ex avaritia civium emanaverat, qui nunquam militibus victum voluerant impertiri, cumque paucis ante expugnationem diebus, panem, & lardum tradere cogerentur, ſeditionem fere excitaverant; ipſe Tyllius xi. Calendas Iunii in civitatem venit, repertiſque in templo mulieribus, pueris, civibuſque nonnullis vitam, libertatemque condonavit; milites, quorum etiam aliquot ibi erant, quod non ſtrenue ſe defendiſ-

ſendiſſent, increpuit, vitam tamen conceſſit, & omnibus, quoniam per triduum ſine cibo vixerant, panem dari juſſit: Lutheranos prædicantes vinciri, & in captivitatem duci voluit; nempe Catholicus, piuſque vir, hos populorum ſeductores odio proſequebatur; mox purgando Cathedrali templo cives applicuit, in quo tandem poſt centeſimum decimum fere annum, Romano, hoc eſt Catholico ritu ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebratum eſt, ac omnia civitatis, caſtrorumque tormenta in lætitiæ ſignum exploſa. Poſthæc diſpoſitis excubiis, mandatum, ut prædæ finis fieret, eaque quæ ſupererant, ut ſuperſtites cives ſibi quærerent, uſuique ſuo applicarent, conceſſum.

9. Tales erant utrinque conatus, hocque modo res inter Cæſareos Suecoſque ſe habebant, dum Cæſar milites undique colligeret: pulſaban.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

bantur ubique conſcribendis militibus tympana, clangoribuſque tubarum omnia perſtrepebant, atque ad belli ſumptus in Boëmia, Moravia, Sileſia, Auſtria, Stiria, Carinthia, aliiſque hæreditariis Cæſaris provinciis, novæ contributiones, vectigaliaque imponebantur: neque fœderati Catholici Principes cauſæ deerant, auxilia quæ poterant ſubminiſtrantes. Ex parte quoque Regis magni fiebant apparatus; nam Hornius in Marchionatu prope Sileſiam duas peditum, & unam equitum legiones conſcribebat, & in Anglia pro Guſtavo milites paſſim colligebantur, habebanturque in Suecia, & Boruſſia delectus; Electores item, Saxo, & Brandemburgicus, Landgravius Haſſiæ, cæterique Proteſtantes exercitum parabant, tametſi non aperte contra Cęſarem id facere profiterentur. Confœderatorum etiam in Belgio ordines, quibus iſti

Ger-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Germaniæ ſuperioris motus utiles erant, partes fovebant, & quoniam milites dare nequibant, quinquaginta florenorum millia ſingulis menſibus ſe Regi numeraturos polliciti ſunt. Ex finitimis vero Principibus Rex Poloniæ, qui ob pactas cum Rege Sueciæ inducias, Cæſari præſto eſſe non poterat, nihil movere voluit; Cæſari tamen conceſſit, ut in ſuo Regno, quot vellet, milites conſcriberet. Rex Daniæ quoque, quoniam ſervare pacem cum Cæſare ambiebat, neutrarum partium eſſe ſibi elegit, & quamvis à Sueco ad communia ſacra proferenda invitaretur, in conſilio perſtitit, & inſtructa viginti navium claſſe ſuas oras tuebatur; Sueco fortaſſe minime fidens; nam inter Suecos, Danoſque immortales ſemper viguere æmulationes, cum utrique Septentrionalium regionum Imperium ſibi arrogent, Suecique aliquando à

Danis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



VLADISLAVS VI. POLONIÆ ET
SVECIÆ REX SEREN. ET POT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Danis moleſtati, & ſubacti fuerint. Verum Danus cum inſtructam à ſe claſſem ſuſpicionem Guſtavo dediſſe reſciret, datis ad eum litteris, otioſo animo, quod ad ſe attineret, eſſe juſſit; cupere ſe pacem, neque velle novis bellorum tumultibus immiſceri; paraſſe eò naves, quoniam cum occaſione bellorum piratæ quandoque excurrant, ſuum Regnum ab eorum incurſionibus ſecurum eſſe volebat; cæterum ſe ea omnia pro Rege facturum, quæ ſalva cum Cæſare pace, facere poſſet. Anſeatici fœderis civitatis nulli parti adhęrebant, cumque in earum ditionibus milites pro Rege conſcriberentur, publicato edicto id prohibuerunt. Lubecenſes præſertim, atque Hamburgenſes in Cæſarem proniores erant; verum nil audebant palam, ne bellum in ſe converterent.

10. At Guſtavum expugnatio

Magdeburgi mirum in modum perculit, videbaturque ſibi datam civibus illis fidem fefelliſſe, atque ideo non parum Saxoni, & Brandemburgico ſuccenſebat, qui ſe, dum obſeſſis ſuppetias iret, remorati erant; & quoniam Germanorum Principum adeo labilem fidem ob ſervaverat, de reditu in Megapolim & Pomeraniam cogitabat, in quibus bellum defenſivum gereret; ſed cum inglorium putaret cedere, ubi neceſſitas non urgeret, cœpta pro virili perſequi conſtituit: Quod ſi Principes illi, qui ſe invitaverant, promiſſis ſtare detrectarent, adhibere vim decrevit, ut de ipſis cautior redderetur. Repetebat poſt dirutum Magdeburgum Elector Brandemburgicus Spandaviam, quam conceſſerat Regi, donec obſeſſæ civitati auxilium ferret, & Rex poſtquam retinendi prætextus evanuerat, datam fidem ſervare voluit, di-

ductoqu

ductoque præſidio, repetenti Electori reſtituit: At vero dum Spandavia recederent Sueci, totus eorum exercitus circa Berlinum conſedit, miſſuſque à Guſtavo tubicen nunciavit, velle Regem, ut portæ ſuis copiis paterent, alioquin adhibiturum vim, & de cædibus ac direptione excuſatum fore; atque ut oſtenderet minas haud vanas eſſe, diſpoſitis tormentis, Electoris palatium quati mandavit; ferunt tantam fuiſſe Regis iram, ut vix poſt quartum diem ab affinibus fœminis, quæ extra civitatem oratum venerant, placaretur, ne civitatem illam diriperet. Electorem tamen oportuit Spandaviam denuò abſque ulla conditione dare, tricena thalerorum millia ſingulis menſibus data cautione polliceri, & liberum tranſitum per totam ſuam ditionem Suecis concedere. Scilicet docuerat Bogiſlaus modum, quo quaſi coacti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Principes Germaniæ deficerent; cæterum ego putarem neque adeo iratum Regem, neque adeo placatum difficilem fuiſſe, ſed ficta omnia, ut perfidia deficientium neceſſitate prætexeretur. Rebus hoc modo compoſitis Guſtavus navem aſcendit, ſecundoque Viadro Stetinum navigavit, ut majores copias cogeret, quibus cum Tyllio congredi poſſet; Atque dum Stetini moraretur, Moſcoviticos Legatos audivit, qui à ſuo Duce auxilia ad præſens bellum offerebant: Inde his cum gratiarum actione dimiſſis, donatiſque, ad Gryſbaldiam expugnandam movit, ut nihil in Pomerania Cæſari relinqueret; eſt Grysbaldia totius Pomeraniæ munitiſſima civitas, cum natura, tum arte, quam Sabellius immiſſo numeroſo præſidio, prefectoque Peruſio exercitatiſſimo milite muniverat; eam Sueci obſederant poſt occupatum Deminum

dura

duravitque ea obſidio uſque ad finem Iunii, ac in longius tempus protracta eſſet, niſi Peruſius, dum erumperet, dimicans occubuiſſet; nam præfecto demortuo, præſidiarii cum auxilii nullam ſpem haberent, æquis conditionibus deditionem fecere, atque Roſtochium ſeceſſerunt. Amiſſa Gryſbaldia in Pomerania, pro Cæſare nullus amplius locus tenebatur, quapropter Rex, qui ad eam expugnandam tendens, ipſius deditionem acceperat, cum ex ea parte ſibi non amplius timendum cenſeret, omnes copias in novam Marchiam iter facere juſſit, ut Cæſarianis reſiſterent, qui regionem excurſionibus infeſtabant: nam quamvis poſt captum Magdeburgum, Tyllius in Haſſiam majorem militum partem duxiſſet, Ghettius tamen Cæſarianus tribunus, qui cum multis aliis circa Magdeburgum remanſerat, Cobuſium occu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

paverat, ubi Boccius pro Rege legionem conſcribebat, omneſque collectos milites obtruncaverat.

11. Inter felices Suecorum progreſſus Megapolitani Duces, qui ditione à Cæſare ob perfidiam privati hactenus Lubecæ vixerant, collectis ſex fere militum millibus, Megapolim invadere, & ſibi recuperare decreverunt; Gandebuſii itaque coactis militibus, circa finem Iunii Suerinum aggreſſi, expugnatoque eodem die loco, arcem obſederunt, quæ non diu ipſos remorata eſt, cum munitionibus defenſores carerent: Suerino in poteſtatem redacto, Suecorum, quos à Rege habuerant, adminiculo, intra paucos dies Megapolim fere totam ſubegere, cum rara in ea provincia Cæſarianorum eſſent præſidia, atque indigenæ lubentes ob ſectæ congruentiam priores Dominos exciperent: Sola Roſtochium, Viſmaria & Damitium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

mitium, in quibus potens erat præſidium, ſervata ſunt; Poſt hæc Duces ſolenniter, aſſiſtente Rege, qui ad ſolennitatem accurrerat, Guſtrovium ingreſſi, à ſubditis Domini ſalutati fuere, quos Rex ſacramento liberos pronunciavit, quod Volleſtaino tanquam Domino dixerant. Hujus ſolennitatis peractis feſtivis ludis, Duces per totam ſuam ditionem Commiſſarios ablegarunt, qui exules ſuis bonis reſtituerent, omniaque in priſtinum ſtatum vindicarent; Inde copiæ miſſæ, quæ Viſmariam, & Roſtochium obſiderent, nam his captis Damitium nullius erat momenti.

12. Rex vero poſtquam hæc ita diſpoſuit, Brandemburgum & in novam Marchiam ad exercitum profectus eſt, ut propius Tyllium accederet. Prima ipſius molimina contra Popennaimum fuere, qui circa Burchum, cum aliquot equi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tum, & peditum millibus caſtra habebat; nitebatur Rex ipſum à reliquo exercitu excludere, circumjacentia oppidula ſtativorum ſpecie occupans; Popennaimus vero cognito Regis aſtu, cum ſuis copiis Magdeburgum ſe recepit, & Rex Tanghermundam, & Verbenam oppida ad Albim ſita occupavit, utque ad libitum Albim tranſmitteret, coactis undique navibus, pontem apud Verbenam inſtruxit, militeſque inter eam & Tanghermundam in utraque fluminis parte in ſtativis locavit, inde obſervaturus quid Tyllius moliretur. Nam erat hic ſitus ad ea obſervanda commodiſſimus, quæ in Megapoli, ditione Magdeburgica, & veteri Marchia gererentur; unum reſtabat incommodum, quod cum Cæſariani ſuperioribus ad Albim regionibus adhuc potirentur, ex iis commeatus haberi nequibat, unde adverſo flumine,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

mine, vel curribus ex veteri Marchia, & Megapoli magna cum difficultate erat quærendus; Quod incommodum ut tolleret Guſtavus, miſſo Bannero Havelbergam non ſine defenſorum clade furtivo aggreſſu expugnavit; unde beneficio Haveli fluminis ſecunda navigatione ex veteri Marchia ſufficientem commeatum providebat.

13. Tyllius interim contra Guilielmum Haſſiæ Landgravium exercitum duxerat, ut ipſius conatus reprimeret, atque ab ea parte ſuſpicionem ſibi tolleret, quo Regem intenſius poſtmodum perſequeretur. Nolebat Landgravius copias dimittere, quas conflaverat; & contributiones porrigere, atque hoſpitia Cæſareis concedere abnuebat; decretoque Lipſiæ à Proteſtantibus facto inhærens, arma contra Cæſarem ſumpſerat, & loca aliquot invaſerat, jamque imminebat ipſi Tyl-



WILHELM. D.G. LANDGRAV
HASSIÆ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

lius, cum eorum, quæ à Rege gere-
bantur fama ipſum revocavit: ma-
joris enim momenti rebatur Tyllius
Regi occurrere, ipſiuſque retunde-
re audaciam, ne felici ejus fortuna
reliqui Principes, qui in fide adhuc
perſeverabant, attraherentur, quam
perduellem Landgravium punire,
neque defuturum tempus, quo ab
iſto pœnas exigeret; Volmerſtadium
itaque verſus caſtra movit, ut apud
Verbenam Regem adoriretur; ſed
Rex ubi per exploratores conſilium
Tyllii odoratus eſt, Cæſareos itine-
re, æſtuque fatigatos furtivè aggredi
conſtituit: Verbena itaque cum toto
equitatu, & aliquot peditum ſignis,
quibus equos tribuit (Dracones
appellantur) Tanghermundam pro-
greſſus, hoſtem viginti à ſe paſſuum
millibus diſtare cognovit; atque cœ-
ptis inſiſtens noctu Cæſarei equita-
tus prima ſtativa aggreſſus eſt; fece-
rat ea die Tyllius congrediendi cum
 hoſte
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

hoſte cupidus, triginta milliarium iter, hæſerantque tribus in pagis tres equitum legiones, quibus exercitus frontem tenere obvenerat, & milites feſſi, diſpoſitis excubiis, quieti ſe dederant, cum Suecus altera ante lucem hora maximo impetu eos adortus eſt: neque defendere ſe poterant ſomnolenti, inermeſque, cum præſertim equos aſcendere, ſeque impedimentis explicare tam cito non poſſent, quin prius à Suecis deprehenſi trucidarentur. Atrox ubique rerum facies, ac larga ſtrages edita, treſque illæ legiones omnino deletæ ſunt; inde exoriente jam ſole, reliqua quoque Cæſarianorum ſtativa invadere Guſtavus parabat, ſed jam cognito ipſius adventu exercitus circa Generalis Ducis hoſpitium convenerat, quo explorato Sueci, cæſarum legionum impedimenta deprædati, opimaque præda onuſti, Tanghermundam pedem retulere;

& cum viribus præſtare Tyllium Rex ſciret, unius prælii aleæ totam rem committere reſpuit, atque ideo deſerta Tanghermunda, omnem exercitum in caſtris circa Verbenam diſpoſuit, ibique in ſuis munitionibus Cæſareos opperiebatur. Porro Tyllius ut acceptam cladem ulciſceretur, Verbenam verſus caſtra movit, utque cum hoſte, ſi ſui copiam faceret, acie confligeret, ſi reſpueret, ipſius caſtra impetu aggrederetur. Nonis Auguſti circa caſtra Suecica Cæſareus exercitus conſedit, eademque die acriter velitatum eſt; tres ſequentes velitationibus itidem inſumptæ, quarta demum cum caſtrorum expugnationem nimis difficilem Tyllius cognoviſſet, cum inſtructa acie propius acceſſit, ut hoſtem laceſſeret; ſed Rex ſuis munitionibus ſe continuit, crebiſque tormentorum ictibus non ſine damno Cæſarianorum aciem infeſtabat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

14. Tyllius itaque cum operæprecium non cenſeret caſtra adoriri, quæ bene admodum munita erant, neque in eo loco manere, ob annonæ, & papuli penuriam, poſſet, diſcedere conſtituit, aliaque tentare, quibus Regem in aperta deduceret, conclamatis itaque vaſis eadem die Tanghermundam revertit;hinc poſt aliquot dies prope Iſlebium caſtra metatus eſt; ac ut ſuas copias augeret (namque Proteſtantes multos milites contra ſe jam collegiſſe cognoverat) atque aliquid momenti tentaret, Comitem Fyrſtembergium, qui in Abbatis Fuldenſis ditione, cum militibus recens à Catholicis fœderatis conſcriptis, ſtativa habebat, jamque Haſſiam invadere conſtituerat, ad ſe vocavit; & cum ipſo xiij. Calendas Septembris ſe conjunxit. Erant in Fyrſtembergii exercitu quadraginta peditum ſigna, & triginta equitum turmæ,

conſta-

conſtabatque jam totus Cæſariano-
rum exercitus quadraginta fere mi-
litum millibus; eapropter Tyllius
non amplius diſſimulandum ratus,
Joannis Georgii Electoris Saxonici
animum explorare decrevit; miſſis
ea de cauſa Legatis ab eo poſtulavit,
ut ſi Cæſaris eſſet amicus, copias,
quas collegerat, ad Suecum repel-
lendum ſibi traderet, & hoſpitium,
commeatumque in ſuis ditionibus
Cæſarianis concederet; verum Saxo
ſuam perfidiam ulterius non diſſi-
mulans, variis adhibitis excuſationi-
bus, omnia rotundè negavit, quam-
obrem Tyllius luſtratum prope Ha-
lam exercitum in Electoris ditionem
duxit. Putabat Tyllius ſi Saxoniam
ingrederetur, fore, ut Electorem non
ſolum affligeret, ſed & Regem ex
ſuis munitionibus, quibus prope
Verbenam immotus inſidebat, eli-
ceret, cogeretque (quod & evenit)
ad prælium; ſic expugnatis Merſ-
purgo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

purgo, Frayberga, Michelna, Vaiſſenfelda, aliiſque Miſniæ civitatibus nonnullis, quæ apud Salam ſunt, Lipſiam caſtra movit, petiitque contributiones à civibus, & commeatum, quæ cum cives ſe daturos inconſulto Saxone negarent, poſtridie Iduum Septembris civitatem obſedit, cujus ſuburbia, quæ ad Boream vergunt cives, ne ſibi damno eſſent, quaſi ad extremum uſque ſe defenſuri, injectis ignibus deſtruxerant; cum vero minaretur Tyllius, ſe cum ipſis pariter, ac cum Magdeburgenſibus acturum, minis exterriti, atque civitate non probe munita, ſecundo ab obſidione die certis conditionibus deditionem fecere, & Saxonici præſidiarii cum ſarcinis, tympanis ſonantibus, armis, & accenſis funiculis egreſſi ſunt.

15. Dum hæc in Saxonis ditione fierent, Elector vigintiquatuor militum millia prope Torgavium collegerat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



IOHANN GEORG, AB ARNHEIMB. SER.
SAXON. ELECT. G MILIT. PRÆF.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

legerat, ut Tyllio reſiſteret; ſed cum ſe ad hoc imparem cognoſceret, Arnemium ſuorum caſtrorum præfectum ad Regem ablegavit, qui ipſius auxilium imploraret; ſe Rex iratum contra Saxonem fingebat, quod ille excidii Magdeburgici potiſſima fuiſſet cauſa, cum nec tranſitum quidem exercitui per ſuam ditionem concedere voluiſſet; negabatque ſe ſuum exercitum diſcrimini objecturum, eique ſubſidium allaturum, niſi Elector palam ſuam fidem obligaret, ſe fortunas, & vitam pro religione libertateque tuendis impenſurum, atque ſibi Vittebergam, filiumque primogenitum pignori daret, numeraretque exercitui trimeſtre ſtipendium. Videbantur Electori conditiones admodum duræ, petitumque ſtipendium omnino tradere nequibat; at urgebat neceſſitas maximum telum, cuique parere tunc temporis omnino opor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

oportebat, conceſſit itaque omnia, quæ Rex petierat; unum ſtipendium trimeſtre excuſavit, quod ſe nullo modo poſſe dare aſſerebat, daturum ſe ad manum menſtruum ſtipendium, pro reliquo ſatiſdaturum: ſic Rex accepto Electoris filio & Vitteberga, cum menſtruo ſtipendio, ſe ideo hæc feciſſe dixit, ut experiretur, an Elector ſerio ageret, ac ſibi prorſus fideret, quod hactenus cognoſcere non potuerat, in poſterum ſe ipſi totis viribus affuturum, quando jam de ipſius animo certior eſſet; ita poſtquam omnia, quæ petierat, accepit, hominem illudebat; & quoniam ipſius quoque intererat, ut Tyllius profligaretur, relicto in caſtris apud Verbenam ſufficienti præſidio, cum ſedecim peditum, & tribus equitum millibus, Vittebergam venit, ductoque duorum dierum ſpatio per pontem cis Albim exercitu, Tubenam ipſe xvij. Calen-

das

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

das Octobris conceſſit, ubi Electores, Saxo, & Brandemburgicus quoque convenerant, ut ſuper rerum ſtatu conſuleretur. Ibi iterum inter Regem & Electores fœdus ictum, diſceptatumque eſt de modo belli gerendi: nam cenſebat Rex unius pręlii aleam non eſſe ſubeundam, ſed traducendum tempus, & paulatim vires hoſti frangendas, cum ille in hoſtili ſolo moraretur, nullaque amplius ipſi auxilia ſupereſſent; ſic, addita pabuli, & annonæ penuria, per ſe conſumptum iri, ſine partium diſcrimine: ſe contra in amica regione eſſe, & brevi majora adventura auxilia, quibus minimo periculo hoſtem opprimerent; Saxo contra, cujus ditio deſolabatur, inſtabat, ut totis viribus confligeretur, quandoquidem hoſtis alia ratione ex ſuis finibus expelli non poſſet, nec provincia ad duos exercitus alendos ſufficeret, majori parte ab

hoſte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

hoſte jam occupata. Sibi ſatis virium eſſe ad Tyllium profligandum, cum numero, & virtute militum præſtarent; auxilia, ſi tempus traheretur, utrinque æqualiter affutura, nam & pro Cæſare in Germania militem colligi, & adventare ex Italia Aldringerum cum veterano exercitu, qui ſi Tyllio conjungeretur, partes valde erat afflicturus; neque expectandum à fortuna auxilium, ut hoſtis defectu annonæ, & pabuli conſumeretur, ubi induſtria, & virtus locum haberent; ſe viciſſe ſimulac aggrederentur: his rationibus Elector Regem in ſuam ſententiam traxit; conjunctis itaque exercitibus xvj. Calendas Octobris Lipſiam verſus movere.

16. Præſidium imponebat civitati Tyllius, cum ab exploratoribus venire cum exercitu Saxonem accepit; namque exploratores ſolum Saxonem eſſe dixerunt, qui non be-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ne hoſtem erant ſcrutati; atque hoc commune eſt incommodum iis, qui in hoſtili ſolo bellum gerunt; nam cum indigenis exploratoribus adhibere fidem nequeant, ſuoſque non bene regionem callentes habeant, hoſtium conſilia, ut plurimum, penetrare non poſſunt, cum ſua contra paſſim prodantur, ſequiturque hoc incommodum tot commoda, quæ ex gerendo bello in aliena ditione reſultant; ita Tyllius, ut dicebamus, ſolum Electorem eſſe putans, qui Lipſenſibus auxilium ferret, relicto Lipſiæ mille peditum præſidio, xv. Calendas Octobris exercitum in hoſtem duxit, progreſſuſque quinque ab urbe paſſuum millia, prope Podelbitium pagum, hoſtium prima agmina in conſpectu habuit. Extenditur circa Lipſiam, & per totam fere Miſniam lata planicies; neque cum ſudum eſt cœlum in toto Horizonte montem, collemve conſpiceres;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ceres; diſtinguitur crebris nemoribus tantum, atque alicubi humus leniter incurvatur. Erigitur prope Podelbitium ſitus, in circumjacentes campos paululum deſpiciens, videbaturque hic poſſidenti non exiguum in conflictu commodum allaturus, quamobrem Tyllius miſſo equitatu illum occupare deſtinavit; idem decreverat & Rex, eodemque equitatum ſuum miſerat, ſed jam locus à Cæſareis tenebatur, neque eos expellere Sueci potuerunt, quamvis facto impetu ſumma vi inſtitiſſent; nam accurrente toto Cæſarianorum exercitu repulſi ſunt. Hinc Tyllius tormenta opportunis locis diſtribuit, aciemque in tumulo inſtruxit, in veſtigio hoſtem expectaturus; nam cum à levioris armaturæ equitibus, qui prope hoſtis aciem excurrerant, vexilla Regis adeſſe intellexit; Regem quoque veniſſe conjecit, quod & captivi affirmabant, ſa-
tius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tius igitur duxit ſitus beneficio uti, atque in tumulo hoſtem opperiri, cum inſuper ventum, qui ea die vehemens flabat, ſecundum, ſolemque non averſum haberet. Guſtavus ubi Tyllium tumulo inſediſſe videt, periculum cognoſcens, cui ſe, ſuumque exercitum objiciebat, ſi recta contra hoſtem, adverſumque ventum, tenderet, ad dexteram ita proceſſit, ut ventum milites ex latere exciperent, pulviſque ab eo actus oculos non infeſtaret; atque ita dextram ipſe partem tenens, Saxo ſiniſtram, Cæſareos propius accedebant. Clangore tubarum, & tympanorum reboatu obſtrepebant adjacentes ſilvæ; militumque fremitus, diſſono linguarum concentu, aures offendebat; eratque non injucundum ſpectaculum, cernere tot hominum millia, diverſorum patria, natalibus, religione, per cuneos, per rhombos miro ordine diſpoſita, atque in mu-

tuam

tuam necem armata, librato, harmonicoque greſſu quaſi unum corpus moveri. Mox ubi ad tormenti ictum perventum eſt, fixo militum gradu, reparare acierum ordines omnia diſcurrens Rex cœpit. Medium fere cœli occupabat jam ſol, cum Tyllius proximum jam hoſtem videns, ante frontem ſui exercitus ætate, rebuſque geſtis venerabilis ſenex, ſe ſtitit; &, exoptata tandem, inquit, commilitones dies advenit; hoſtem in conſpectu habemus, non detrectantem amplius pugnam, aut per fallaces aſſultus nobis illudentem, conatuſve noſtros deinceps fuga declinantem. Jam audet, ſibique temere confiſus aggreditur, loci iniquitatem ſpernit, veſtram virtutem negligit, delirat, furit, ut nobis facilior ſit victoria. Neque ego aliud aut optaſſem, aut optare jure merito potuiſſem, quam ut hoſtem fiducia ſui, noſtri contemptus inceſſe-

 ret;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ret; utque verum fatear ab hujus belli initio, nihil tam excupivi, quam ut mihi acie cum hoſte dimicandi copia daretur; ideo ego huc illuc vobiſcum pervagatus ſum, ideo in Saxonis ditionem vos duxi, ut Regem iſtum, qui niſi caſtris obtegatur, pugnare neſcit, extra ſuas ſpeluncas, ubi inſidiis tantum valet, in apertum aërem elicerem; nam hoc ſolum mihi laboris reſervavi, cætera veſtræ virtuti credidi. Favit meo deſiderio Deus, imò plus dedit, quam expetivimus, non enim ſolum nobis hoſtem in aperta deduxit, ubi fruſtra ſuas molietur inſidias, ſed temerarium, incautum, amentem fecit; en quomodo ſpreta militari diſciplina nobis ſitu munitiſſimo in acie diſpoſitis aſſultat! atqui nos divino favore utamur, patiamur efferri, intumeſcere, & feſſum inordinatumque accedere permittamus, ut majori cum impetu
in

in illum irruamus, & vincamus ſine noſtro ſanguine. Et quantulus erit labor imbelles ruſticos ligoni, aratroque aſſuetos, non ora, non manus ſolum, ſed voces ipſas militum trepidantes, fundere, trucidare? Adeſt magnus ille Rex quidem, ille fortis, ille invictus, qui nihil niſi per inſidias audet; aſt hic ſtratagemata erunt irrita, neque Magicæ ſuperſtitiones illum ſervabunt. Habet ſecum ex ſuis militibus, fateor, ſed quot, quantoſque? Non ſupra tres, vel quatuor equitum legiones adduxit, ad tumultuariam expeditionem, quos ne militum quidem nomine dignos, cum non militum, ſed graſſatorum more noctu, ex improviſo, per inſidias, contra inermes, bellum gerere profiteantur. Credite milites, Rex ad augendam noſtram gloriam venit; poſt victoriam, atque ubi ipſum ceperimus, Regem adfuiſſe dicemus, nunc quaſi non

adeſſet exiſtimandum eſt, cum exercitum ſecum non habeat, ſuis artibus uti non poſſit, caſtriſque Verbenenſibus non defendatur. Pugnamus pares, vel ſuperiores forte numero, milites, cum præduellibus Saxoniæ ruſticis, quos vel ſola ſua perfidia vincet, nos victoriam, prædam, & gloriam reportabimus; & quoniam hodie nobiſcum militat pro ſua cauſa, contra perditos hoſce hæreticos, Deus, hæc dies bello huic Suecico, laboribuſque noſtris, capto, occiſove Rege proculdubio finem faciet; niſi vos, qui fortiſſimas nationes debellare mecum ſoliti eſtis, veſtræ virtutis obliti, à Saxoniæ ruſticis vinci patiamini, Deumque & veſtrum Principem debita opera defraudetis. Interim dum Tyllius hæc ediſſerit, Popennaimus per aciem diſcurrens, ordineſque luſtrans, milites item ad ſtrenue ſe gerendum hortabatur, aliis emerita ſtipendia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

aliis decus familiæ, aliis præmia, & prædam ob oculos ponens; adeſſe laborum finem, reſtare ſolatia, præmia, & prædam, ſi vincant; ſi ſuccumbant, ſpem ſalutis non habendam, poſitis inter medios hoſtes procul patria, amiciſque regionibus, neque qua erumpere poſſent, patere: recordarentur ſui, patriæ, Catholicæ religionis, omnia ex hoc uno prælio pendere; reputarent animo qualis, ſi ſuperarentur, ſuperſtitibus futura eſſet infamia; præſtare ingenuum militem in acie cadere, quam victum ſupervivere. Neque vero Guſtavus ſilens ſuam aciem diſpoſuit; ſed poſtquam ordinum generalibus ductoribus mandata dedit, ad primos ſe transferens, habitu, ore inter cæteros inſignis, ita locutus eſſe fertur. Ecquiſnam, commilitones, putaſſet fore, ut poſtquam profugi iſti Ghertio, Francofurto, Lanſperga, Demino, aliiſque locis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

quæ ſtrenue expugnavimus, precariam vitam periculo exemere, nunc iterum poſt inflictas nobis, amiciſque noſtris novas injurias, ultrices veſtras dexteras vellent experiri? Scilicet quæ contra Deum peccata admiſere eos ad juſtas, meritaſque pœnas luendas trahunt. Multum audet ſenex iſte Tyllius, audaciam laudo; ſed ille virtutis veſtræ non adhuc periculum fecit, milites; valere pluris ſe putat, quam cæteros, quos ſuperavimus, duces; arrogantia eſt hæc, non audacia; præſtaret illi credidiſſe, quam expertum eſſe, ni ſolita vos virtus deficiat, jamque timens præceps conſilium deſereret, & retrogrederetur, ſi poſſet: nam videtis quo pacto cunctabundus illi tumulo inhæret, nihil movet, nihil tentat, nihil audet; veſter illum, milites, aſpectus exterruit, quos nemo hoſtium vidit; quem vidiſſe non pœnituerit. Inſidet editiori loco, ſi-

tu ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tu ſe munivit, qui de ſuis viribus, & fortitudine deſperat, quaſi nos eo aſcendere, & in paventes irrumpere non valeamus. De hoc ego ſummopere lætor, quod collectum hic hoſtem habeamus, quem una die delere poſſumus, neque opus erit diverſa in loca diffugientem, ac latitantem quærere, & manipulatim profligare. Nos ſuperiores numero ſumus, virtute quoque, milites, præcellitis Cæſareos, ni toties facta experientia falſum edocuit; quid neceſſario ex his debemus conjicere? nonne noſtra eſt victoria? nonne hoc uno prælio totum bellum vincemus? nonne tota deinceps Germania nullo negotio potiemur? ſic erit milites, auguror, præſens ſolus reſtat labor; iterum vincendi ſunt victi iſti; cæterum confectum eſt bellum, noſtra eſt Germania, amicos noſtros, noſtram religionem in priſtinam libertatem aſſeruimus, & attigimus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſcopum, propter quem ex cara patria egreſſi ſumus, tantumque ab honeſto, glorioſoque in Sueciam reditu prohibemur, quantum ab hiſce profugis detinemur. Si igitur, milites, vobis honos, patria, religio curæ ſunt, ſolitam mihi operam præſtetis. Hæc Rex; & Saxo cum prædicantibus manipulos ſuos concionibus ad prælium accendebat; promittebat ſtrenuis terrena, & cœleſtia præmia, ignavis pœnas in utraque vita minabatur; commendabat uxores, patriam, Lutheranam ſectam, & in hoc certamine omnia ſtare aſſerebat. Mox jubente Rege acies moveri cœpta, lento greſſu propius tumulum venit. Hic exploſis utrinque bombardis miſerorum magna ſtrages eſt edita, & Cæſarianorum machinæ, quæ paulo editiore loco erant ſitæ, undique affligebant hoſtes, Saxones præſertim, qui ictibus magis erant obnoxii. Sueci
item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

item ſuis machinis, quas opportune Rex diſpoſuerat, Cæſarianos dilacerabant; vixque credibile eſt, quot in hoc prælio machinarum ictibus diſcerpti ſint. Inde ubi parum ſupra tumulum Sueci aſcendere, Cæſareus peditatus loco ſe movit, declinatiſque ad ſuam dexteram hoſtilibus tormentis, impetu facto in Saxones irrupit. Equitatus, cum Ducis Holſatiæ peditum legione, ad ſiniſtram facto magno circuitu, ut item tormenta effugeret, Suecos invaſit; hinc ubi cominus conſerendi manus copia facta eſt, omnia miſceri, turbari ordines, ſigna everti, homines, equos, integros manipulos corruere, occiſorem ſæpius ſupra occiſum vario mortis genere cadere vidiſſes; hic omnes artes, quas, in hoc deteſtanda mortalium induſtria ad ſui generis exitium invenit, exercebantur, quodque durius videbatur, dum occiſo hoſte victor miles exultat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

fortuito vel ſclopi, vel bombardæ ictu, ab eo, quem in conſpectu non habuit, occumbit; ſic pluris fortaſſe virtute in modernis præliis ſors valet; quid enim fortitudo juvat, aut aſtus, ubi à plumbearum glandium portentoſa pluvia fortes pariter, atque ignavi opprimuntur; Victoria per duas horas anceps pependit; hinc primi Saxones, quos Tyllius cum peditatu adortus fuerat, ſua ignavia, & hoſtium virtute ſuperati, cedebant: Jamque in apertam fugam ſe dederant, cum Rex, qui equitatum Cæſareum poſt levem pugnam in turpem fugam conjecerat ſubſidio vacillantibus aſtitit; tunc reparatis ordinibus, fixoque pede, victores jam Cæſareos cohibuit, præliumque renovavit: Acriter utrinque dimicatum donec vergente ad veſperam die, Cæſariani paulatim retrocedere cœperunt; nam cum pedites ab equitibus fœde deſtituti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

hinc à Suecis, inde à Saxonibus premerentur, reſiſtere amplius non poterant; quapropter Lipſiam verſus integris ordinibus ſe recipientes, victoriam hoſti reliquere. Sequebantur gnaviter Sueci victoriam, & ad internecionem Cæſareos deleviſſent, ni à ſupervenientibus tenebris detenti eſſent; nam Rex cum obcœcari cœlum vidit, receptui tubas canere juſſit, ne ſui milites forte in hoſtium inſidias inciderent: unde ſe recipiendi Tyllius tempus habuit, reſumptiſque ea nocte Lipſiæ viribus, ubi tria millia militum reliquit, qui hoſtem remorarentur, ſequenti die, ſecunda ante lucem hora, magnis itineribus, per Turingiam in Franconiam, ad reſtaurandum exercitum, profectus eſt: Sueci fugato hoſte ad locum pugnæ, ut ſpolia colligerent, rediere: Duravit hic conflictus quinque integras horas, ceciderúntque in loco pugnæ ad

duodecim millia utrinque; at in fuga ex Cæſareis à perſequentibus Suecis, aſſultantibuſque ruſticis, pluſquam tres mille periere; atque inter alios illuſtres viros, Adolphus Holſatiæ Dux, quem contra Regem ſiniſtrum agmen duxiſſe narravimus, dum equitatus in fugam verteretur, ut ordines reſtitueret, ſuoſque ad prælium remitteret, acriter dimicans occubuit. Inſignem quoque hanc cladem fecere nonnulli Tribuni, Centuriones, nobileſque milites, qui in veſtigio mori, quam vivere fugiendo maluerunt; neque Suecis ſine ſanguine victoria ceſſit, cæſis promptiſſimis militum, multiſque Tribunorum, & Centurionum trucidatis; ac niſi equitatus Cæſareus tam cito in fugam ſe dediſſet, victoriam proculdubio Tyllius fuiſſet conſecutus, nam cum Saxones fudiſſet, quorum jam ordines labefactaverat, atque in fugam verterat,
facile

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

facile etiam Regem oppreſſiſſet, qui non potuiſſet toti exercitui ſolus reſiſtere. Amiſſa ſunt ſupra centum vexilla, omnia tormenta, omnes impedimentorum currus: & talis quidem fuit Lipſenſis clades, quam mox tot incommoda ſecuti ſunt.

17. At Rex ubi poſtera dies illuxit, ſequens hoſtium veſtigia, Lipſiam petiit, cumque jam abiviſſe Tyllium intellexit, ad expugnandam civitatem ſe vertit, ſed quoniam aliquot dierum erat negotium, ne victoriæ fructus marceſcere permitteret, relicto ad obſidionem cum ſuo exercitu Saxone, qui intra paucos dies civitatem in deditionem accepit, Merſpurgum caſtra movit, ubi profugos centenos aliquot Cæſareos delevit; inde Halam profectus, eam civitatem à Cæſarianis deſertam in poteſtatem redegit, arcemque, quam Cæſarei adhuc tenebant, vi cepit. Mox occupata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Erfordia in Franconiam contendit, ut hoſtium reliquias deleret. Antequam Lipſenſe prælium committeretur, Maria Eleonora Sueciæ Regina, cum octo recentium militum millibus, Stetinum appulerat, ubi à Bogiſlao ſuperbe excepta, mediam militum partem ad exercitum miſit, reliquos in Megapolim, ut iis Ducibus in recuperatione Roſtochii, & Viſmariæ opitularentur, ire juſſit. Magnam quoque biſcocti panis, commeatuſque atque apparatuum copiam ſecum attulerat, ne milites inopia eduliorum laborarent. Sed erant jam hæc ſuperflua, occupante Suecico exercitu fertiliores Germaniæ regiones, incoliſque neceſſaria liberaliter ſuppeditantibus; & quoniam fortuna ſuis donis Regem hoc anno cumulare inſtituerat, ex Anglia quoque Marchio Hamiltonius; & Leſleus Suecus tribunus, cum quadraginta navibus, & octo pariter

Anglo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Anglorum militum millibus, Sumdanum portum intravere. Ferunt Guſtavum hoc Anglorum ſubſidium non libenter vidiſſe, præſertim cum naves illæ Anglicæ mare Balthicum navigaſſent, quas ipſe Viſurgim petere juſſerat. Tantus eſt Dominii zelus, ut amicos, eoſque à quibus auxilium petimus, habemuſque, ſuſpectos habeamus: accedebat Hamiltonii ambitio, qui ſeorſum ducere exercitum, atque per ſe bellum quaſi aliud gerere flagitabat, quod Rex nullo admittebat pacto, ne gerendo bello æmulum videretur habere, vel conſortem, qui ſolus bellare, gloriabatur; ſed hæc cito compoſita ſunt, cedente juſſu ſui Regis Hamiltonio, qui ſe imperata à Guſtavo facturum ſpopondit, atque cum Suecis ſe conjunxit. Rex occupata Erfordia in Franconiam tendens, Hennebergenſem Principatum invaſit, eoque

ſuba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſubacto, Chinigshoviam Herbipolenſis Epiſcopi munitiſſimam arcem expugnavit.

Ad ſiſtendos hos Regis conatus, Aldringherus, qui ante Lipſenſem pugnam Erfordiam uſque progreſſus, ut Tyllio ſe jungeret, & poſt intellectam cladem Herbipolim ſe receperat, cum Fucchero Catholicorum fœderatorum Duce copias undique acciverat: verum nihil omnino proficere potuit, detrectantibus pugnam militibus, qui Lipſenſi clade exterriti, manus cum Suecis conſerere non audebant. Hac hoſtium conſternatione Rex uſus, Suainfurtum, atque inde Herbipolim recedentibus Aldringhero cum Cæſareis, & Epiſcopo, occupavit; & Herbipolenſem arcem auſam reſiſtere, cæſis ad unum defenſoribus expugnavit, ubi non ſpernenda præda potitus eſt. Hinc Bambergenſis Epiſcopus cum ſuæ ditioni immi-

nere



IOHAN ALDRINGER S.CÆS. MAIEST. CONSIL BELL TRIBVN PRÆ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

nere periculum videret, eſſentque Cæſarianorum auxilia procul, cum Rege quamvis invitus, tranſegit, & magno auri pondere incolumitatem mercatus eſt; Pari facilitate Guſtavus admittentibus, imo ultro invitantibus incolis, qui Lutheranam factionem ſectabantur, Hanovia, Francofurto, Hœchſta, aliiſque oppidis, & civitatibus, ad Mœnum, & Rhenum ſitis potitus eſt; magna alacritate, & lætitia excipiebatur Rex ab incolis Lutheranis, qua ſuperſtitione magna pars ejus tractus erat infecta, neque poterant Catholici hoſtem arcere, pauci numero, & inermes, improviſo inſuper deprehenſi; multique ex illis mutationem domini flocci faciebant, Cæſareos milites ob petulantiam exoſi, cumque religionis uſus à Rege libere concederetur. Liberæ item civitates nonnullæ, Spira, Argentoratum, Norimberga, aliæque deficien-
tes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tes ſuppreſſum diu venenum evomuerunt; Francofurti Landgravius Haſſiæ ſuas copias, quæ ad decem millia militum aſcendebant, regiis addidit; accingebatque ſe Rex ad ferendum Norimbergenſibus auxilium, quos Tyllius infeſtabat, & præmiſſo cum ſuo exercitu Landgravio, ipſe poſt illum pergere ſtatuerat, cum nuncium accepit, ex Norimbergenſi tractu Cæſareos diſceſſiſſe. Norimbergam Tyllius, collectis ſui exercitus reliquiis, junctuſque Aldringhero circumſederat, quod pedem ex Lipſenſi conflictu referenti ſibi hoſpitia negaviſſet. At cum venire Regem ſubſidio audivit, vireſque pares minime haberet, receptui cecinit, & in Bavariam ſe recepit. Rex ubi Tyllium Norimberga diſceſſiſſe intellexit, expugnandæ Moguntiæ animum applicuit, occupatis itaque Chernſhemio, Lademburgo, Benshemio,

aliiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

aliiſque tractus ſtratæ montanæ oppidis, Rhenum trajecit, expugnatoque Oppenhemio, Moguntiam obſedit. Erant Moguntiæ tria Hiſpanorum militum millia, quos Archiepiſcopus, Coloniam ſe recipiens, civitati præſidio reliquerat; ii cum aliquot dies ſeſe ſtrenue defendiſſent, multis difficultatibus tandem preſſi, decoris conditionibus, ſalvis armis, vexillis, omnibus impedimentis, atque duabus machinis deditionem fecere; Capta Moguntia facile ipſius ditio in Regis manus pervenit, neque remorati ſunt incolæ victricia Suecorum arma, ne illorum ſævitiam experirentur. Atque hæc quidem cum ſuo exercitu Rex; Elector vero Saxoniæ, poſt receptam Lipſiam, recuperatamque ſuam omnem ditionem, cum non adhuc tempus diſtribuendorum in hyberna militum eſſet, Boëmiam præſidiis vacuam invade-
re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



FERDINANDVS D.G. ARCHIEPIS.
COLONIENSIS PRINCEPS
ELECTOR *ete*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

re conſtituit; facto igitur per Miſniam itinere Regnum illud adortus eſt. Excepere venientem læto animo Boëmici ruſtici, qui præterquam quod Cæſareos oderant, ſcintillas Lutheranæ ſuperſtitionis adhuc in pectore alebant, ſumptis itaque armis, junctique Electori, Cæſarianos ubique opprimere cœpere. Rara erant, & tenuia in Boëmia Cæſaris præſidia, quamobrem facili negotio Elector Laitmeritium, Piſſecchium, Valnicchium, Coſlinum, aliaque loca occupavit, & ruſtici Poſtelbergium, Ferithum, Bruſtbaldiam, & Auguditium diripuerunt. Caſtris deinceps Pragam, regni caput, admotis, Elector menſe Novembri illam à Balthaſſare Maradio, qui cum paucos haberet milites tam vaſtam civitatem defendere non poterat, deſertam, in ditionem accepit. Eſt Praga in umbilico Boëmiæ ad fluvium Moldavam ſita, amœniſſima latiſſi-

latiſſimaque: in tres civitates diſtinguitur, veterem, novam & parvam, quarum ultima trans fluvium poſita, cæteris pulcherrimo, longiſſimoque lapideo ponte annectitur, leves undiquaque ſupereminent colles, unde eſt, quod minus muniri poſſit. Urbem ingreſſus Saxo perduellium capita, quæ turri apud pontem affixa tempore Boëmici belli fuerant, auferri, terræque mandari juſſit; inde omnia comiter agere, blandiri civibus, privilegia concedere, relinquere libertatem religionis, omniaque facere, quibus non Pragenſes ſolum, ſed cæteros etiam facilitatis ſpecie pelliceret. Sola quatuor templa Auguſtanæ confeſſioni applicuit, ſoloſque ex Eccleſiaſticis Geſuitas, (quos & Rex ex Catholicorum civitatibus ejiciebat) exulare juſſit, data ipſorum Eccleſia iis monachis, qui regulam Divi Franciſci de Paula venerantur; cæterum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

cæterum cives à militibus male excipi minime paſſus eſt, ſed pro uniuſcujuſque facultate, Pragenſi Senatu dictante, ſtativa diſtribuit, contributioneſque taxavit. Senatores item, & nobiles à ſtativorum onere immunes præſtitit, neque domum aliquam diripi, aut incendi permiſit; mox ulterioribus intentus Egram, ejus regni præcipuam civitatem occupavit, & Comitem Turrium cum valida manu miſit, qui Budovitium egregiam munitiſſimamque arcem expugnaret. Verum Balthaſar Maradius, qui Praga eo cum ſuo milite ſe receperat, egregieque ſe muniverat, Turrii conatus repulit, atque obſidentem, poſt tentatam in caſſum expugnationem, laudabili conſtantia fruſtratus eſt.

20. In Megapoli interim, atque inferiori Saxonia, Megapolitani Duces Roſtochium obſederant, gnaviter repugnantibus Cæſareis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

qui auxilium à Tyllio expectabant; neque Duces tam cito ea urbe potiti eſſent, niſi intellecta Lipſenſi clade obſeſſi ſubſidium deſperantes deditionem feciſſent. Fuere dedititii ad ter mille, equites, peditesque pari numero, atque in Sileſiam cum ſuis impedimentis deducti ſunt; quo facto Duces ſuas copias Viſmariam duxere, ut eam quoque civitatem expugnarent, quod intra paucos dies conſequuti ſunt, cedentibus ob numeri anguſtiam Cæſareis; qui itidem in Sileſiam abducti. Inde Damitium aggreſſi Duces, facile in poteſtatem receperunt. Jamque ex tota Megapoli Cæſarianos ejecerant, quapropter Suecos milites, donatos congiario, in ſubſidium Bremenſis Epiſcopi miſere, cujus ditionem Popennaimus vaſtabat, ſuamque provinciam militum onere ſublevavere. Seceſſerat Popennaimus ita Tyllio mandante, in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Brunſvicenſem Ducatum, ut ibi exercitum cogeret, quo inferioris Saxoniæ ordines, atque Anſeaticas civitates, quæ jam deficere inceperant, in officio contineret, atque ſi poſſet, Roſtochio, Viſmariæque auxilium ferret; conſcripſeratque jam juſtum exercitum, quo Bremenſis Epiſcopi (ſervant hæretici Eccleſiaſticarum dignitatum nomina) ditionem infeſtabat, ut ea in Megapolim negatum ſibi aditum aperiret. Neque Bremenſis defendere ſe poterat, ni exercitus partem Popennaimus ad ſuccurrendum præſidiariis Magdeburgenſibus deduxiſſet; nam Magdeburgicis ruinis præſidium impoſuerat, ut cum Albis tranſitum ſibi ſervaret; verum poſtquam Bannerum obſidionem ſolvere coëgit, cum maximi negotii eſſet illum tueri, incenſis, quæ ſuperfuerant, ultimam manum illius civitatis excidio adhibuit, ut ſola veſtigia

magnæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

magnæ quondam civitatis inter cineres appareant; inde in Brunſuicenſem Ducatum rediit, ut Bremenſi, & aliis rebellibus immineret; atque inter tales tumultus hic annus expiravit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

COMMENTARIORUM DE BELLO SUECICO LIBER TERTIUS.

Breviarium Libri.

1. *Apparatus ad bellum poſt Lipſenſem conflictum.*

2. *Cæſar Volleſtainum Generalem ſuum Ducem eligit, Oratores ad amicos Principes mittit, & Viennam munit.*

3. *Catholici fœderis Principes Cæſari aſſiſtere conſtituunt, Tyllius exercitum reficit.*

4. *Sueci Norimbergam muniunt, in Alſatiam irrumpunt. Sueciæ Regina Francofurtum venit, item & Comes Palatinus Rheni. Princeps Daniæ ad Electorem Saxoniæ pergit.*

5. *Popennaimus in inferiori Saxonia Proteſtantes affligit, Hiſpani Spiram nequicquam tentant, Rex Francofurtum, occupato Crucenaco, regreditur.*

6. *Rerum in Boëmia ſtatus, in quam Galla-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Gallaſius Volleſtaini juſſu cum parte Cæſarei exercitus ingreditur.

7. *Hornius Bamberga potitur, ubi à Tyllio funditur.*

8. *Rex ad ulciſcendam Hornii cladem movet, cum Tyllio apud Lyciam confligit; Cæſarei exercitus clades; Tyllii mors, & elogium.*

9. *Proteſtantes Torgavii coëunt, & continuare bellum decernunt.*

10. *Volleſtainus Boëmiam ingreditur, Pragam expugnat, & Saxones ex Boëmia expellit.*

11. *Popennaimus inferiorem Saxoniam devaſtat. Galliarum Rex Lotharingiæ Ducem impedit, quo minus Cæſari opem ferat, & Trevirenſem Archiepiſcopum in ſuam tutelam recipit.*

12. *Guſtavus fuſo Tyllio, Suevia fere tota potitur, inde Bavariam depopulatur.*

13. *Ratisbonenſis Senatus ſuam civitatem Regi prodere fruſtra molitur, quam Dux Bavariæ in poteſtatem redigit. Guſtavus Italiæ inhiat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

14. *Volleſtainus ex Boëmia ad obſidendam Norimbergam venit, ad quam defendendam Guſtavus prior properaverat. Norimbergenſis civitatis, & tractus deſcriptio.*

15. *Popennaimus Brunſvicenſem Ducatum expilat, Bannerum opprimere fruſtra nititur, in Belgium diſcedit, & Bannerus Norimbergam.*

16. *Bavariæ Dux ſuam ditionem recuperat, ad Volleſtainum Norimbergam pergit; exercituum ad Norimbergam ſtatus.*

17. *Arnemius cum Saxonis exercitu Sileſiam intrat. Holca cum Cæſareis copiis Miſniam devaſtat; Auſtriæ ruſtici rebellionem cœptant, ac opprimuntur.*

18. *Volleſtainus novas copias ad Holcam mittit, inſtitutus pacis tractatus dirimitur. Guſtavus Volleſtainum ad prælium laceſſit, qui ſuis munitionibus continetur.*

19. *Guſtavus noſtra caſtra noctu aggreditur, à quibus magna cum clade repellitur;*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

pellitur; ac inde in Franconiam recedit.

20. *Volleſtainus Guſtavum ſequitur, quem cum ſecedere in Virtembergam intelligit, deſerit, atque in Miſniam exercitum ducit. Norimbergenſes Suavochium recuperant. Rex ad reſtaurandum exercitum in Virtembergam divertit; & Bannerum ad infeſtandam Bavariam mittit.*

21. *Bavarus ad tutandam ſuam ditionem à Volleſtaino diſcedit, qui in Miſniam ulterius progreditur, & nonnullas civitates occupat.*

22. *Saxo Regem in Miſniam vocat, qui confeſtim adeſt, Volleſtainus Popennaimo ſe jungit, & contra Regem tendit.*

23. *Varii utriuſque Ducis apud Vaiſſenfeldam conatus, tandem Volleſtainus detrectante pugnam Rege, Popennaimum cum magna exercitus parte Coloniam Agrippinam in ſubſidium mittit. ipſe in hyberna exercitum ducit.*

24. *Guſtavus Volleſtainum apud Lutzen aggreditur, cui ſubſidio adeſt Popen-*

naimus cum ſui exercitus parte, committitur atrox prælium, in quo Popennaimus, & Guſtavus occumbunt. Cæſarei amiſſis tormentis Lipſiam ſe recipiunt.

25. *Quid uſque ad finem anni geſtum; exercituum in hyberna ſeceſſus.*

Geſta hæc anno MDCXXXII.

1. Quas poſt Lipſenſem cladem provincias Guſtavus breviſſimo temporis ſpatio, nulloque negotio, in poteſtatem redegerit, conſideranti mihi in mentem venit, quanti adverſa fortuna ſit roboris in detegendis mortalium animis. Conſpiraverant quidem Proteſtantes, & liberæ civitates in Cæſarem, neque ſuam cauſam promoventi Regi ſtudiis clandeſtinis deerant; verum dum Tyllius ſtetit, atque æqua lance ſors pependit, quotuſquiſque eorum, qui Regem acciverant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

rant, arma ſumpſit, palamve id profiteri eſt auſus, quod intimis præcordiis agitabat? Bogiſlaus, qui primus Regi occurrit, quamvis hos motus percupiverat, neceſſitate tamen defectionem prætexuit; nonne & idem Brandemburgicus fecit, & Saxo tandem, deſperato fallendi modo, in arenam deſcendit? At fuſo Tyllio, profligatoque Cæſareo exercitu, omnes paſſim in ſervitium ruere, arma capere, ſponte & ſine prætextu ad Regem deficere, auxilia, milites, pecuniam ipſi porrigere, Cæſaremque innumeris injuriis onerare. Hæc me in eam ſententiam fere deducunt, ut rear, præſtare Principi timeri, quam amari, poſtquam hominum amor officiis inacceſſibilem ſe reddit. Quid enim unquam omiſit Ferdinandus pius, juſtus, liberalis, affabilis Princeps, ut à ſubditis amari mereretur? aut quid omnino commiſit propter quod ita

deſeri debuerit? memini ego cum mihi ſermo eſſet cum præcipuis Cæſaris hoſtibus, inter Proteſtantes maximæ authoritatis viris, atque ſplendore familiæ nemini ſecundis, cum inquam in Cæſarem inveherentur, ipſiuſque vitia oſtentare ſtuderent, nihil aliud prorſus objeciſſe, quam quod Geſuitis nimium credens, promovendæ Catholicæ fidei prætermodum invigilaret; cæterum vel ſcrutantes vitia, invitique in ipſius virtutes incidebant, acceptaque beneficia memorabant; neque ſuam excuſabant defectionem alio titulo, quam quod religionem, vel contra proprium patrem defendere oporteret, ideoque pati ipſi non poterant, ut ex Auſtriaca familia, Catholicæ religionis acerrima propugnatrice, novus Cæſar eligeretur. Hinc manifeſte conjicitur, quantum hæreſes Reipublicæ obſint, mirarique ſatis non poſſum impios quoſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

quoſdam Politicos eas admiſiſſe; namque mihi videntur illi probaviſſe ſeditiones, diſcordiaſque Reipublicæ conferre, dum hæreſes, earum potiſſimas cauſas, introducunt; hæreſes enim diſſidiorum eſſe originem, vel hoc teſtatur, quod ſi mortales omnes unum Deum, uno cultu (ut par eſt) venerarentur, ejuſdemque eſſent religionis omnes, cujus præcepta ſervarent, nuſquam diſcordiæ, nuſquam bella reperirentur. Nam qua de cauſa Hæretici Catholicis, utriſque aliquando Turca, huic Perſa bellum inferrent, niſi ad opprimendam diverſam ſectam zelo quodam traherentur? Quo pacto diſſentire inter ſe poſſent Chriſtiani, qui legis à Chriſto traditæ præcepta ad amuſſim obſervarent? Ergo diſſidiorum duæ potiſſimæ, primæque ſunt cauſæ, religionis diverſitas, præceptorumque ipſius tranſgreſſio; neque omnino fieri poteſt, ut ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

rentem diſſenſionibus orbem videamus, niſi duo illa concurrant, ſit nempe una religio omnium mortalium, ipſiuſque præcepta exacte ubique obſerventur; atque hoc utique fieri & deberet, & præſtaret ſaltem inter ejuſdem religionis viros; ſcilicet inconcinnum eſt, religionem aliquam profiteri, cujus deinceps præcepta, mandataque ſpernantur. Verum poſtquam adeo exacta legis, religioniſque obſervantia ab humana fragilitate deſiderari potius, quam ſperari poteſt, Principibus ſaltem nitendum eſſet, ut in ſuis ditionibus unitas religionis ſervaretur, ſi tranquillam Rempublicam incolumemque deſiderant; namque ſi hæreſes irrepant, religioque in partes dehiſcat, aut earum unam ſectari Principem oportet, aut omnes, aut nullam; Sequi omnes, aut nullam, ejuſdem eſt generis, ad Atheiſmum ſpectat, à

qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

qua impietate vel animus ipſe noſter ſponte abhorret, qui ſuam immortalitatem ab ea negari dedignatur; neque ego ullum adeo ignavum Principem vivere exiſtimo, qui ſaltem à ſui conditione, ſuique ſuper alios eminentia, Deum eſſe non agnoſcat, qui hæc ſibi tribuerit, ſeque ſit major. Quod ſi uſquam tale monſtrum invenire eſſet, quo loco à ſuis ſubditis haberetur, qui ſine religione, ſoluto animorum vinculo, deſpectoque Deo, ſui ipſius latria cum nemine conſentiret? Adhærebit itaque Princeps alicui hæreſium, atque ita qui eandem tenent partem, ipſi fortaſſe obedient, amicique erunt, reliqui infeſti, tanquam ſuæ religionis hoſtem oderunt, & pro ſubditis inimicos in ſua Republica alet, diſcordeſque ad invicem; in quo enim conſentient, qui diſcrepant in Deo rerum omnium ſumma? Sed de his fortaſſe alias, digreſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſique paulo ulterius ſumus, quam par eſſet, ad rem redeamus. Fama Lipſenſis cladis non parum eorum animos affecit, qui quietem pacemque cupiebant, & Germaniæ incommoda, vaſtationeſque averſabantur; magiſque mox perculit deficientium civitatum perfidia, atque Regis haud intermiſſi conatus; jamque conſiderabant ſub hac mole caſuram Germaniam, neque immunes futuras hæreditarias Cæſaris provincias, cum Saxo Boëmiæ regno manus injeciſſet; ſentiebantque jam Moravia, Auſtriaque belli incommoda, quamvis hoſtis abeſſet, militum tamen petulantiæ propter ſtativa obnoxiæ, ſed multo magis Boëmia, Miſnia, Franconia, cæteræque, in quibus bellum aut geſtum fuerat, aut gerebatur, premebantur, incenſis civitatibus non paucis, pagiſque innumeris, quos milites, cum in iis pernoctaverint, non

combu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

comburere, piaculum ducunt, quaſi ex more militiæ non ſit aliquid illæſum relinquere; Coloni item, incerto adhuc rerum exitu, & ne ſe excurrentium militum libidini exponerent, ad civitates, munitave loca, aut nemorum avia confugientes, incultos agros jacere patiebantur; quamobrem, conſumptis inſuper prodige à militibus, aut combuſtis, ne hoſti uſui eſſent, terræ fructibus, ſæva annonæ caritas imminebat. Hæc mirum in modum Cæſarem pientiſſimum Principem affligebant, qui à Deo ſibi creditos populos ita moleſtari ferre non poterat, neque gliſcentibus undique rebellionibus, ſecurum jam Viennę ſe eſſe rebatur; nam propinqua nimis hoſtibus videbatur civitas, ſuſpectique erant Auſtriæ ruſtici, ſeditionum avidi, quique recenti odio Cæſarem proſequebantur, quoniam conſcientiæ licentiam ſuis in ditionibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

interdixerat; & non erat dubium quin avide Regem, aut Saxonem expectarent, atque ab illis ad rebellionem ſollicitarentur, premerentque impotentem animum, donec ducem haberent, quem ſequerentur. Erant ergo qui hortarentur Cæſarem, ut Græcium in Stiriam ſecederet, periculoque ſe eximeret, donec hæ turbæ ſedarentur, hoſtiſque procul arceretur: ſed cenſebatur indignum Cæſareo nomine facinus, non viſo hoſte, propter ſolas ſuſpiciones caput ſuarum ditionum deſerere. Eſſe Regem & Saxonem procul adhuc ſatis; illum à Tyllio detineri, huic occurri poſſe; neque omnino Cæſarem in tanto periculo verſari, dum Viennam, natura, & arte munitiſſimam civitatem, teneret, eam eſſe talem, tantaſque adeſſe vires, ut etiam ſi omnia corruerent, quod tamen timendum adhuc non erat, Cæſar obſidionem tolerare
poſſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

poſſet, donec auxilium à Catholicis Principibus haberet; Quin potius decora magis admittebantur conſilia, novuſque conſcribebatur exercitus, quem Cæſar ipſe, aut filius in hoſtem duceret? ceſſuras majeſtati Principis provincias, quæ non aliam ob cauſam deſciverant, quam quia avaritiam præfectorum, Ducumque ulterius tolerare non poterant; quod ſi ſuarum rerum curam gerere tandem Principem vidiſſent, neque imminere amplius periculum, ut ſua bona militibus prodigerentur, arma erant depoſituræ, quæ ad hoc incommodum tollendum ſumpſerant. Principes item, qui Sueco militabant, ubi exercitum vidiſſent, in quo Cæſar aut filius dux eſſet, acceptorum beneficiorum memoria, aut deteſtatione infamiæ, quæ ex rebellione reſultat, partes deſerturos, Cæſarique acceſſuros; nunc non videri bellum contra Cæſarem geri,
ſed
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſed contra petulantiam, contra avaritiam, ſævitiamque ipſius exercitus; ac teſtari hoc vel ipſe tranſactiones à Proteſtantibus cum Sueco factæ, in quibus debitam erga Cæſaream majeſtatem reverentiam reſervabant; imo neque Regem ipſum, qui hæc arma moverat, contra Romanum Imperatorem bellum profiteri: detegeretur hoc modo vulnus, fieretque palam eorum perfidia, deſtructo omni prætextu, cum contra ipſius Principis caput evaginaſſent ferrum, palamque Imperatoriam majeſtatem violaſſent. Secuturum inde, ut tantam nequitiam vel gregarii milites abominarentur, deſererentque deſertores homines, qui proprio Principi manus intentaſſent; Imo & ipſum Regem averſaturum tantam perfidiam, qui eam ſibi quoque metuendam eſſet exiſtimaturus. Cæſari conſiliorum alterum videbatur indecorum nimis, neque animum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

animum adeo deſponderat, ut vita potius defungi non mallet, quam illud amplecti; alterum incommodum, & temerarium; nempe committere ſe, filiumve eorum fidei, quam adeo fluxam experiebatur: quid ſi ab hoſte vinceretur? quo refugeret? quidve faciendum, aut tentandum, fruſtrata ſui expectatione reſtaret? Verum melior ſperaretur eventus, nempe ſe victurum ſimulac in hoſtem prodiiſſet; at ubi exercitus, ubi vires Imperatoria majeſtate dignæ? exiret ne cum aulicis, prætorianiſque militibus, rectaque in hoſtem tenderet, quaſi ſeditionem in urbe inter cives obortam ſedaturus? parum tutam eſſe ſine viribus majeſtatem ſciebat, etiam inter civiles tumultus; quid inter armatos, furenteſque milites? quid inter Suecos, Gothoſque, qui Cæſarem, niſi obliqua fama, non agnoſcebant? Quid inter perfidos,

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

& perduelles, qui debitum obſequium jam exuerant, & majeſtatis reverentiam in odium converterant? ergo armis opus erat, & potentia, non inani pompa aut faſtu; fruſtraque majeſtatem jactari credebat, ubi vi uti oporteret. Alia præterea, & diverſa animum angebant, Regem in Franconia, Saxonem in Boëmia eſſe; contra quem primum moveret, aut quos potiſſimum defenderet, ne poſtpoſiti contumelia incenderentur? Boëmia proprium erat Regnum, igitur anteferendum; ſed alia ex parte nutabat Bavarus, qui ſi ſe indefenſum Regi objici vidiſſet, ne ſuæ ditionis ruinam pateretur, cum hoſte fortaſſe erat pacturus. At per Duces pariter agi, ſalva majeſtate, cui major è longinquo reverentia, ſimulque ducibus excuſatum fore, ſi qua cum amicis Principibus ob ſtativa, aut contributiones, aliamve ob cauſam oriretur contro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

verſia, ad ſe rejicere, interim pergere, armiſque uti; ac ſi repellerentur, ſe ſupereſſe, renovarique bellum poſſe.

2. Hæc aliaque prudenter Cæſar perpendens, ſe aut filium belli diſcriminibus objicere utile non duxit, decrevitque bellum per Duces gerere. Duo erant in diverſis provinciis hoſtes, quibus per ſolum Ducem occurri non poterat; placuit itaque relicto in Bavaria Tyllio, qui eam provinciam contra Regem cum ſuis copiis tueretur, Generalem ſui exercitus Ducem Volleſtainum, quem in Ratiſbonenſibus comitiis eodem magiſtratu depoſuerat, conſtituere, ſtrenuum egregiumque virum, & militibus carum, qui ſibi alias utilem fidamque operam navaverat. Albertus Volleſtainus Pragæ ex nobili, ſed privata familia natus; Cæſari in Forojulii contra Venetos prima ſtipendia meruit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



ALBERTVS D.G. DVX FRID:
LANDIÆ, S CÆS. MA. CAPIT.
GEN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ruit, duarum equitum turmarum ductor, quas ipſe propriis ſumptibus conſcripſerat, inde promotus ad majores militiæ gradus, in bello Boëmico, præſertim in Pragenſi conflictu, ita ſtrenue ſe geſſit, ut paucis poſt annis ad ſupremum militiæ faſtigium à Cæſare eveheretur, factuſque Cæſaris Dux Generalis, contra Danum eo ſucceſſu bellavit, ut præter Ducatum Fridlandiæ, Jecinum, aliaque in Boëmia loca, Ducatum etiam Megapolitanum, Cæſareo fiſco addictum, ſuæ virtutis præmium habuerit. Mox Electorum, Germanorumque Principum opera depoſitus, Pragam, & poſt eam amiſſam, Cenaimum in Moraviam ſeceſſerat; vir ſagax, magnanimus, liberalis, ſeverus militaris diſciplinæ obſervator, qui debitam Cæſari fidem nunquam violaverit, cujuſque virtuti fortuna ſemper arriſerit; at abſtruſum conſiliis, intra-
ctabi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ctabilem animo, impotentem iræ, æſtimatorem ſui, aliorum contemptorem æmuli faciunt. Sed neminem ex omni numero mortalium crimine carere video, & plures, pluriſque æſtimandæ ſunt hujus viri virtutes, quam vituperanda ea vitia, quæ à malevolis memorantur; ideoque fortuna virtutes ſecuta famam, præmiumque quale vidimus dedit. Cæterum noſtrorum temporum Dux nemo hunc officio erga milites ſuperavit, qui nihil unquam aut ſine præmio, aut ſine pœna præteriit; eaque fuit ipſius ſemper in Cæſarem fides, ut maximis pollicitationibus ad defectionem ab hoſtibus invitatus, neque carens prætextu, quo excuſari potuiſſet, fixus tamen ſemper, immotuſque perſtiterit. Degebat Volleſtainus private Cenaimi, cum ſe electum Cæſaris Generalem Ducem accepit. Perculerat militarem animum privatio magiſtratus,

ſtratus, & decreverat quiete reliquum vitæ ducere, atque adeo non ita facile oblatis aſſenſit; excuſabatque ætatem ſuam jam ad ſenectam vergentem, & podagræ cruciatibus obnoxiam; ſe item Germaniæ Principibus inviſum, quos in ſe pro Cæſare irritaverat; importunumque eſſe hoc tempore eos ſponte deficientes, additis novis ſuſpicionibus, impellere. Et, ubi erat exercitus, cujus ducem Cæſar ſe eligebat? vivere adhuc Tyllium, ſtrenueque exercitum curare, qui ſupererat; ſe non cupere aliena injuria ſibi gloriam quærere: quod ſi novus exercitus colligendus eſſet, unde accerſendi milites? ubi pecunia? Verum cum Cæſaris mandatum urgere vidit, optatum fortaſſe onus ſuſcepit. Neque tamen ad hoc temere deſcendit, ſed certis conditionibus cum Cæſare pactus eſt, ne iterum aut eundem depoſitionis caſum ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

iret, aut ſibi bellum ex aliorum nutu gerendum eſſet. Namque vetabantur antea Cæſarei duces quidpiam momenti aggredi, quin prius bellicum concilium Viennam conſultum mitterent, atque inde ex præſcripto agerent, unde aliquando lapſu temporis bene gerendæ rei occaſio amittebatur. Sic voluit Volleſtainus, hujus belli curam ſibi ſoli incumbere, ipſeque ad libitum omnia facere, ſtativa militibus diſtribuere, contributiones, commeatus exigere, Tribunos, Centuriones creare, gnarus eam eſſe imperandi rationem, ut non aliter conſtet, quam ſi uni reddatur. Quod ſi aliquando Cæſari hæc revocare, ſeque ea cura removere placuiſſet, ante ſemeſtre admoneret, nec deinceps ipſe ad reddendam adminiſtratę provinciæ rationem cogeretur. Poſtquam hæc omnia à Cæſare obtinuit, mandata Tribunis dare ad conſcri-

bendas legiones incepit, haud facta inter Catholicos, hæreticoſve differentia; namque cum ſine mora conſcribi exercitum oporteret, importunum ſane fuiſſet in Germania meros Catholicos quærere, ubi plurimi, præſertim vero ruſtici, ſi non palam, ſaltem ſecreto Calvini, aut Lutheri hæreſim ſectantur: ut igitur & cito milites colligeret, fidoſque haberet, diſſeminari in vulgus paſſus eſt, non pro religione bellum fieri, ſed pro recuperandis Cæſaris ditionibus, quæ à rebellibus fuerant occupatæ. Inde aulæ ſuæ munera æque in Catholicos, hæreticoſque partiri, cum utriſque pariter ſe gerere, quamvis Catholicæ religionis ſemper commodum quærens; ſic hæretici arma ſumere contra rebelles non abnuebant, qui pro religione Catholica adverſus ſuæ ſuperſtitionis viros militiam detrectaſſent. Ad Volleſtaini famam Tribuni, vetera-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

nique milites Catholici pariter, ac hæretici confluebant, & quoniam non erat in promptu pecunia, Tribuni ultro ex ſua erogabant, quam poſtea ex ſtativorum contributionibus erant recuperaturi. Stativa in ea parte Boëmiæ, quæ adhuc Cæſari patebat, Moravia, Auſtria, Sileſia, Stiria, aliiſque hæreditariis Cæſaris regionibus diſtributa ſunt; atque ita trium menſium ſpatio juſtus exercitus conſcriptus eſt, mira alacritate accurrentibus militibus, qui libenter admodum Volleſtaini auſpiciis militaturi, nomina dabant; tantum poteſt in militaribus rebus Ducis fama, ut avariſſimos militum animos ſine pecunia devinciat, ac trahat. At Cæſari proviſo exercitu Duce, externa quoque procurare auxilia placuit, cumque pro certo haberet Regem Catholicum familiæ Auſtriacæ non defuturum, quamvis continuis in Belgio belli

exerce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



PHILIPPVS IV. REX CATHOLICVS
HISPANIARVM ET INDIARVM MONARCHA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

exerceretur, omiſſa ad eum nova legatione, ad Italiæ Principes Antoniũ Baronem Rabattam Gradiſcenſem, præfectum deſtinavit, qui Germanicarum rerum ſtatum exponeret, quantoque diſcrimini pateret Italia, cui hoſtes inhiabant, atque hoc pacto ad arma ſecum ſumenda, auxiliumque præſtandum hortaretur; petiitque à Cardinale Strigonienſi Pazmanno, qui Cardinalitium galerum ſuſcepturus, Romam per eos dies proficiſcebatur, ut hæc eadem Summo Pontifici ſignificaret, invitaretque ad ferendum ſubſidium. Atque interim dum Pazmannus, & Rabatta ad deſtinata loca proficiſcuntur, parum ſufficere terrena auxilia, ubi cœleſte deficiat non ignarus, publicato edicto in ſuis ditionibus, ſubditos ad placandum iratum Deum, ejuſque adjutricem manum implorandam hortatus eſt. Ipſe aliorum exemplo, intecto capite, pedes, pia
maje-

majeſtate ſupplicationibus adeſſe, templa viſitare, ſacris concionibus, eccleſiaſticiſque omnibus functionibus intereſſe. Inde humana reſumens remedia ad omnem caſum urbem muniri, atque debilioribus in locis novum excitari vallum imperavit. Urbs eſt Vienna ſuperioris Pannoniæ Metropolis, omniumque, quæ ad Danubium ſunt, & ædificiorum ſplendore, & facili rerum copia clariſſima; totiuſque Germaniæ, atque adeo totius Chriſtiani orbis in ea regione adverſus Turcarum irruptiones propugnaculum. Jacet in patula planitie, atque qua ad Septentrionem ſpectat, Danubium habet maximum totius Europæ fluvium, qui in quinque partes diſſectus, ligneiſque totidem pontibus ſtratus, ab ea parte inexpugnabilem reddit: circumquaque regia, ut vocant, mœnium munitione cingitur, ampliſſimaque, ac profundiſſima

 foſſa,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

foſſa, eaque omnino eſt, ut inter munitiſſimas totius orbis arces referatur. Sed in ea parte, ubi flumine caret, civium amœniſſimis viridariis, ad ictum ſclopi diſtantibus, circumdatur, quæ, ſi caſus daret, hoſti uſui eſſe poſſent, atque contra munitiones civitatis muniri, qua de cauſa Cæſar ea ſolo æquari juſſit, ut ex urbis mœnibus in ſubjectam planitiem liber eſſet proſpectus, deſtinarique ſcloporum, & bombardarum ictus certo poſſent. Præterea bina opera cornuta totidem in partibus trans foſſam deſignavit, in quibus milites locarentur, qui extra civitatem hoſtem etiam infeſtarent. Cardinalis vero Pazmannus Vienna cum decoro comitatu Romam profectus, à Summo Pontifice benigne, comiterque exceptus eſt; & dum ſacris cæremoniis inter ſuſcipiendum Cardinalitium galerum ille detinetur, ſimplici ſinceraque præſentis

neceſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

neceſſitatis narratione audita, Summus Pontifex, quæ ſui muneris judicabat ultro præcurrens, numeratæ pecuniæ haud exiguum ſubſidium dicitur tranſmiſiſſe, neque hoc ſolum pro Cæſare præſtitit, ſed indictis in toto orbe Catholico ſupplicationibus, præter publicas preces, ipſe ſingulis Dominicis diebus per aliquod tempus ad Sanctæ Mariæ Majoris ſacris operatus, Deum placare conatus eſt, ſuaque authoritate Catholicos Principes eſt hortatus, ut Cæſari ferrent ſuppetias; atque ita Pazmannus ad Cæſarem reverſus eſt. Et Rabatta parem quidem hoſpitalitatem, comitatemque ubique invenit, ſed haud parem ſuæ legationis effectum retulit, variis diverſa reſpondentibus; nam Veneti, quos primos adiit, ſuum cum Rege Chriſtianiſſimo fœdus cauſati, ſe neque aliud inire fœdus, neque alicui opitulari poſſe dixerunt. Dux Mantuæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

deſolatam ſuam urbem oſtendit
ſpoliatamque domum, in qua ſin
principali apparatu, ac ſplendore
ob accepta à Cæſareo exercitu da
mna, vivere cogebatur; Quod ſ
Cæſar miſeras eas reliquias cuperet
ſe ultro porrecturum profeſſus eſt
Parmenſis, ut ſubditum Apoſtolica
Sedis decebat, facturum ſe qui
Pontifex mandaret, reſpondit. Ge
nuenſes, implicitos ſe bello cum Sa
baudiæ Duce, dixere, adeſſeque i
Narbonenſi provincia, apud Ligu
riæ confinia, Gallicum exercitum
cujus adhuc ignorabantur futu
conatus. Quod ſi Cæſar ſecum fœ
dus habere vellet, defenderet priu
diſcrimini objectos, arceretque
confinibus hoſtem, ſe inde petit
facturos; At dum ipſius vires tan
procul abeſſent, neſcirentque a
Gallus hoc fœdere irritaretur, noll
ſe viribus impares hunc armatum
potentem, paratumque laceſſere

Nequ

Neque negaturos fuiſſe ſaltem pecuniaria auxilia, qui ſe innumera Auſtriacæ familiæ debere beneficia profiteantur, ſed eſſe exhauſtos pecunia, cum propter bellum, tum propter novorum mœnium fabricam, quibus urbem muniebant, ac diminutas civium facultates, quibus Hiſpaniarum Rex, multarum auri myriadum debitor, neque mutui proventus ſolvebat. Sabaudiæ Dux fœdus iniit, ſed neque militem, neque pecuniam dare poſſe ſe dixit, excuſans ſuæ regionis vaſtitatem, quam bello, fame ac peſte deſolatam, vel legatus ipſe viderat; ſoli Florentiæ, & Mutinæ Duces, cum Lucenſi Republica omnia ſua officia Cæſari promiſere; Cæterum Rabatta donatus ab omnibus, fere ſine legationis fructu Viennam rediit.

3. Atque hæc quidem apud Cæſarem fiebant, dum Catholici fœderati celebrato Landshuti, ac dein-

ceps Ingolſtadii conventu, de rerum ſtatu, belloque gerendo conſulerent. Ibi quamvis à Regis Sueciæ, aliorumque Legatis, à bello dehortarentur, decrevere tamen Cæſarem, & Catholicam religionem non deſerere, quæ non parum detrimenti à Sueco pati videbatur; atque ita conſtitutum eſt, ut Bavariæ Dux, cæterique pro viribus milites conſcriberent; interim ne à pace abhorrere viderentur, Herbipolenſis Epiſcopus Colonia ad Galliarum Regem miſſus eſt oratum, ut ſe interponeret, pacemque æquis conditionibus procuraret. Hæc agitabantur conſilia, taleſque fiebant apparatus cum Tyllio poſtquam Norimberga diſceſſit, Milzburgum expugnavit, impoſitoque præſidio, Donaverdam cum Aldringhero ſeceſſit, ac mox in ſtativa exercitum diſtribuit, ut vacuas legiones ſuppleret: ipſe Donaverdæ commoratus eſt, Aldrin-



MAXIMILIANVS, BAVARIÆ. DVX.

COMES. PALATINVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

dringherus Norlingam petiit, militeſque in Auguſtana ditione, Lictenavii, Novofori, Ambergæ, Sulzbaci, Velſburgi, aliiſque circumvicinis in locis ſtationes habuere, & brevi temporis ſpatio legiones ſuppletæ ſunt; ac Maximilianus Bavariæ Dux, habito in ſua regione delectu, ad decem novorum militum millia collegit; & quia aliquot dierum erant in ea parte induciæ, nihil movebatur.

4. Dum hæc à Cæſareis agerentur, Proteſtantes feſtivis ignibus, omnibuſque lætitiæ ſignis, Lipſenſem victoriam celebrabant, jactabant-que Germaniam Regis Succiæ [illegible] ſpiciis in antiquam libertatem [illegible] dicatam, excuſſo Auſtriacor[um] [illegible] go; & Euangelicam, quam j[am] [illegible] religionem, tandem expulſis Catholicis Eccleſiaſticis, qui eam evertere conabantur, aut diminuta eorum authoritate, debito ſplendore decoratam;

toratam; atque ita omnes certare in Regem officiis, eique omnia quæ petebat, porrigere. At ipſe vaſto animo immenſa gerens, volvenſque ea, quæ præter expeditionis ſcopum iam erant, atque Imperatoriam dignitatem ſpe devorans, militaria munia, inter has feſtivitates minime omiſit, ſed repleri militibus veteres legiones, conſcribique novas, mandavit; ut ulterius progrederetur: & quoniam omnium maxime Norimberga hoſti objiciebatur, Tribunum Slammerdorfium, cum quinque legionibus immiſit, qui illam præſidio teneret; atque Solmenſibus ...tibus Guilielmo, Henrico, & ...orgio, qui in ea civitate di...ntur, conſcribendarum le... mandata dedit. Norimbergenſes pariter certatim accurrentes, ſuæ urbis mœnia reparare, novumque vallum inducere, ac foſſas excavare cœpere, ut hoſtilem impe-

impetum ferre poſſent. Prima hujus anni arma ex parte Suecorum in Alſatia mota ſunt; nam circa Januarii finem Rex Guſtavum Hornium in eam provinciam miſit, ut Lotharingos inde expelleret, qui ea tota fere potiti, Argentoratenſes moleſtabant. Venerat in Alſatiam Dux Lotharingiæ cum ſuo exercitu, ut eam provinciam à Suecis pro Cæſare defenderet, tenebatque præſidio civitates nonnullas, atque inter alias Hailprunnam urbem Imperialem, ad quam expugnandam Hornius primum movit, ac intra paucos dies in deditionem accepit, dimiſſis decoris cum conditionibus, atque bene affectis præſidiariis; namque præceperat Rex, ne Lotharingos irritaret, cum non deſperaſſet omnino futurum, ut illum Ducem in ſuas partes traheret. Mox Hornius Fridburgum, Vezflariam, Diburgum, aliaque ad Rhenum loca itidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



CAROLVS D.G.DVX LOTHARINGIÆ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

dem expugnavit, & Argentoratenſes conſcriptis militibus, ut cum Hornio ſe conjungerent, quoque exiverant. Sed Lotharingus à Galliarum Rege revocare ſuas copias coactus eſt, atque ita Alſatia fere tota in Suecorum manus devenit. Inde Hornius inferiorem Palatinatum ingreſſus, Hiſpanos Ayſenſtallo, Chermeshemio, Landavia, atque Weiſſemburgo ejecit; & demum Braunfeldiam munitiſſimum oppidum obſedit, quod poſt viginti dierum obſidionem Hiſpani decoris conditionibus dedidere; Inde cum in Franconia expirarent induciæ, quæ cum Tyllio habebantur, à Rege juſſus eſt Suainfurtum ſuas copias ducere, ut ibi cum Vinarienſi Duce ſe jungeret, atque Epiſcopatum Bambergenſem invaderet; nam quamvis ille Epiſcopus, ut diximus, ſuæ ditionis incolumitatem auro redemiſſet, neque adhuc quippiam ten-

tentaſſet, quo Suecos offendiſſet, Regi tamen haud ſecurum videbatur, regionem illam Cæſareis expoſitam, præſidioque Catholici, atque Eccleſiaſtici Principis munitam, ſine ſuo præſidio relinquere; ſumpto itaque à Bambergenſibus ruſticis prætextu, qui Suecos aliquot oppreſſerant, præſidium ſe velle immittere Epiſcopo ſignificavit; quod cum ille reſpueret, vim adhibere Hornium juſſit. Venerat inter hæc Sueciæ Regina Stetino Francofurtum, & Rex ea hilariter excepta aliquot dies quieti impendit. Interim Fridericus quoque Comes Palatinus Rheni, qui bello Boëmico ditione, ac Electorali dignitate ob rebellionem, dum Boëmiæ Regnum ambiret, ſpoliatus fuerat, atque hactenus in Belgio vixerat, Francofurtum, cum honeſto comitatu, ad Regem venit, à quo benigne exceptus promiſſum retulit, ſe in priſtinam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

nam dignitatem reſtitutum iri, ubi hoſtem ex Palatinatu atque Boëmia ejeciſſent. Namque Angliæ Rex enixe flagitabat, ut affini viro ditio reſtitueretur. Fuit hic Fridericus fortunæ ludibrium, exemplumque humanæ inſtabilitatis; nam dum Comes Palatinus Rheni, & Elector Archidapifer pacifice ſua ditione frueretur, novis periculoſiſque rebus animum applicuit, Regnique Boëmici ambitione æmulum Ferdinandum jam Cæſarem & Regem Boëmiæ in ſe concitavit, à cujus exercitu acie fuſus, ex propria ditione, totaque Germania pulſus eſt, & quamvis ſemper quondam ſua variis conatibus repetiiſſet, nihil tamen unquam profecerat, Palatinatum ſtrenue defendentibus Hiſpanis, quem à Cæſare acceperant. Nunc illius magna ex parte potito Rege, videbatur fortaſſe reſtitutum iri, cum huic negotio importuna mors

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



FREDERICUS D.G.P.E.CO:
MES PALATINUS DUX
BAVARIÆ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

mors eodem menſe, & Regem & Electorem abſtulit. Hoc quoque tempore Ulricus Regis Daniæ filius ad Ducem Saxoniæ venit, militaris diſciplinæ addiſcendæ gratia, atque ab ipſo comiter ſuperbeque receptus, uni legioni præfectus eſt.

5. In inferiori vero Saxonia Popennaimus ex Brunſuicenſi Ducatu ad Viſurgim cum Catholicorum fœderatorum exercitu progreſſus, mira celeritate Hammelam, Hecſteram, Verdam, Goſlariam, Ghettingam, aliaque loca expugnaverat: neque ſeſe opponere auſi ſunt Dux Lunemburgicus, & Bremenſis Pſeudoëpiſcopus, donec invocato Todio Suecicorum Caſtrorum præfecto, qui prope Lunemburgum pro Rege milites colligebat, novem millibus militum exercitum augerent, mox additis inſuper Ducis Vinarienſis, & Banneri copiis in hoſtem duxere; ſed Popennaimus diſtributo

ſtributo in præſidia exercitu, pedem retulit, ac Todius, & Vinarienſis relicto in inferiori Saxonia cum ſuis copiis Bannero, qui Lunemburgico & Bremenſi aſſiſteret, in obſidione Niemburgi implicatis, Suainfurtum verſus caſtra movere, quo à Rege vocabantur, atque occupatis in itinere Verda, Goſlaria, Ghettinga, multiſque aliis oppidis, miſereque vaſtata Fuldenſi ditione, & Brunſvicenſi Ducatu afflicto, Suainfurti cum Hornio ſe conjunxerunt. Hiſpani vero in Palatinatu Rheni, qui Philippiburgum, Francothalium, & Haidelbergam tenebant, profecto Hornio, Spiram recuperare tentarunt. Erant Spiræ Catholici, monachique, quos, ut diximus, ſua religione uti Guſtavus permittebat, atque hi religionis zelo adducti, cum Hiſpanis egerunt, promiſeruntque ipſis præbere in urbem ingreſſum; at detecta proditione,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tione, Hiſpani repulſi, & ex civibus nonnulli in furcam acti. Inde Guſtavus immiſſis ſeptingentis Suecis in monachorum cœnobiis ſtativa diſtribuit; Hiſpanique verſo in Alſatiam impetu, Vilſtattium, & Loram expugnarunt, atque quotidianis excurſionibus Suecos moleſtantes, Spiram uſque excurrebant: Rex tandem quinto Calendas Martii Francofurto Moguntiam petiit, inde copias Crucenaco, quod Hiſpani tenebant, admovit, ac poſt ſex dierum obſidionem illud expugnavit, in arcem refugientibus Hiſpanis, qui quoque cum cuniculum agi ſub arce vidiſſent, deditionem fecerunt, atque cum ſarcinis, impedimentis, & armis Haganoam dimiſſi ſunt. ac quoniam Rex adverſa valetudine detinebatur, Francofurtum redire placuit, ibique morari, donec priſtinam ſanitatem recuperaret.

6. Atque hæc in Franconia, iiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

que regionibus, ubi Rex cum ſuo exercitu erat; in Boëmia vero Saxones poſt occupatam Pragam, majoremque ejus provinciæ partem, felicitate fortunæ ſenſim inſolenter ſe efferre, mox ebrietati crapulæque ſe dedere, ac poſtmodum militaria munera negligere, & deſerere, hinc vexare cives, extorquere pecuniam, expilare domos, atque ex nimia crapula ipſi infirmari, inde quaſi contagione infecti, ubique cadere; quapropter cives, tum petulantia militum, tum metu morborum, qui paſſim graſſabantur, deſerere civitatem, & in loca, quæ à Cæſarianis tenebantur, ſecedere cœperunt; atque brevi Pragæ bis mille fere ædes habitatoribus vacuæ repertæ ſunt. His de rebus admonitus Volleſtainus, qui Cenaimi adhuc colligendo militi intentus hærebat, circa idus Februarii Gallaſium caſtrorum præfectum, & Sulzenſem Comitem, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

in Boëmia cum collectis militibus ſtativa habebant, ulterius Pragam verſus pergere, & Maradio ſe jungere juſſit, ſecuturus ipſe, cum copias coëgiſſet, quas ad finem Martii paratus ubique eſſe mandaverat. Gallaſius, & Sulzenſis Pilſnam progreſſi, munita probe hac civitate, recuperatiſque aliquot oppidis, Slacchembaldiam, inde Pragam aggredi animo conceperant, cum Saxo coactis circa Egram ſuis copiis, Pilſnam verſus movit, ut Cæſareos ad pugnam laceſſeret, ſed Gallaſius ſuis ſe munitionibus continuit, & Saxo vaſtata regione Pragam iter intendit, eaque probe munita, & Hofchirchio præpoſito, Torgavium ad Proteſtantium comitia ſe contulit. Gallaſius vero junctis cum Maradio, qui Satium expugnaverat, viribus, facto quindecim mille militum exercitu, intercipere vias, quibus Saxones in Boëmiam deſcende-
re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

re poſſent; conſtituit: caſtris itaque motis Cadam ad Miſniæ fines civitatem expugnavit, impoſitoque præſidio, ut hoſti impedimento eſſet, milites miſit, qui cæſis, proſtratiſque in Boëmica ſilva arboribus, vias impedirent, corrumperentque, ipſe deinceps Pragam verſus milites duxit, atque poſt expugnata nonnulla oppida, Solſciami in oppido, triginta quinque milliaribus ab ea urbe diſtante, conſedit: nam ad aggrediendam Pragam, vaſtam civitatem, munitamque à Saxonibus, vires ſibi ſufficere non rebatur; videbaturque honeſtum opperiri Volleſtainum, ut ipſius eſſet captæ urbis gloria patriæque in priſtinum ſtatum reſtitutæ, & jam hic ex Moravia cum exercitu diſceſſiſſe ferebatur; verum ne interim tempus inaniter amitteret, expugnandis oppidis ſe applicuit, quæ in eo tractu jacent, quæve Pragam verſus iter remorari poterant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

7. Inter hæc Hornius auctus Vinarienſis Ducis copiis quinto idus Februarii Bambergenſem Epiſcopatum intravit, expugnatoque Hecſtattio, civitatem ipſam Bambergam præſidio vacuam (nam præſidium deſperata defenſione ante adventum hoſtis ſe Forchaimum receperat,) occupavit. Perrexerat Crattius Ducis Bavariæ Tribunus Forchaimum uſque cum tribus militum millibus, ut Bambergam ingrederetur, antequam hoſtis illam invaderet; nam Tyllius ad eam hoſtem iturum conjecerat, miſeratque Crattium, qui civitatem defenderet, donec ipſe cum reliquo exercitu adventaret, ſed Crattius Forchaimi Bambergenſem Epiſcopum obvium habuit, qui viſo hoſte, cum civitatem defendere nequiret, eo ſe receperat, atque relicto inde Forchaimi potenti præſidio, ambo in Bavariam receſſerunt; Hornius occupata Bamberga,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



GVSTAVUS HORN, S. REG. M. SUECIÆ. SUPR. MIL. PRÆF

O 3

berga, quoniam pluvium tempus, cœnoque corruptæ viæ ulteriorem progreſſum prohibebant, dimiſſo Vinarienſi, ſe ad muniendam civitatem convertit; & tantum levioris armaturæ equitatum excurrere prope Forchaimum, & Cronacum ad ea loca infeſtanda permittebat, quorum cives & præſidiarii milites ſe munierant, & promiſſum auxilium à Tyllio expectabant; atque ita per integrum fere menſem nihil momenti actum eſt. Sexto demum nonas Martii Tyllius ex Bavaria, & ſuperiori Palatinatu exercitum duodeviginti mille militum cum viginti duobus tormentis deduxit; factoque per Noricum itinere, Altdorfium, Lauffam, aliaque loca expugnavit, quibus præſidio munitis, Forchaimum progreſſus eſt. Audito Tyllii adventu Hornius, qui ad duodecim millia militum ſecum habebat, urbis mœnibus ſe continere decre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

decrevit; & quoniam Bamberga aperta eſt civitas, munitioneſque ob continuas pluvias ad perfectionem adhuc perduci non poterant, diligentius opus urgebat, ut antequam hoſtis veniret, ad juſtam defenſionem perduceretur: verum Tyllius reſarciendæ Lipſenſis cladis cupidus, tempus non dedit, namque Forchaimo diſcedens ipſis Martii nonis ad civitatem acceſſit. Nemus apud Bambergam ſedet ſatis vaſtum, per quod noſtri iter facientes non prius ab hoſte viſi ſunt, quam ad machinæ ictum prope civitatem fuerint. Erat ad exitum nemoris equitum Suecicorum legio, in quam noſter equitatus invectus, cæſa majori parte, reliquos in ſuburbia compulit; inde eam civitatis regionem aggreſſus cum ſua legione Ferenſbacchius, quæ adhuc imperfectis munitionibus aperta erat, Suecos munitionibus deturbavit, ſibique adi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tum patefecit. At Hornius collecta ſuorum valida manu, Ferenſbacchium mœnibus repulit. Pugnatum eſt acriter per integram fere horam, ſed cum noſtri ſtrenue inſiſterent, Hornius pulſato tympano colloquium petiit, quaſi deditionem facturus; ac dum tranſigendo detinemur, precioſiora navibus imponens, trans Mœnum, & extra civitatem inſtructa acie ſe contulit; Quod ubi Tyllius animadvertit, milites irrumpere præcepit; ſic noſtri civitatem ingreſſi ultimum Suecorum agmen aſſecuti ſunt. Hic quamvis Sueci ſe ſtrenue defenderent, eorum magna ſtrages eſt edita; Cæſa ſunt ad duo Suecorum millia, fuiſſetque totus Hornii exercitus ea die deletus, niſi rupto ab hoſtibus Haſtattiano ponte, noſtri in eo reficiendo detenti eſſent. Nam interim Hornius cum reliquiis Hasfurtum ſe recepit, & ſequenti die cum noſtri victoriam

ſeque-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſequerentur, deſerto Hasfurto, munitoque præſidio Suainfurto Ghelterſhemium uſque pedem retulit, unde Francofurtum miſſo citatis equis nuncio Regem de caſu admonuit. Tyllius vero ubi Bambergam intravit, cohibita militum licentia, qui Suecorum impedimenta deprædati, jam civium domos expilare inceperant, nihil à civibus extorqueri permiſit; Et poſtera die ne rei bene gerendæ occaſionem amitteret, hoſtive reparandi vires tempus daret, poſt ipſum movit, & recuperatis Hecſtattio, Hasfurto, aliiſque ejus regionis oppidis, Suainfurtum iter intendit, cumque Sueci ſe dedere negarent, illud obſedit.

8. At vero Rex de ſuorum clade certior factus, Francofurto Moguntiam ſe contulit, ad cogendas copias, & accurrentibus eo Vinarienſi Duce, & Bannero, qui cum ſuis copiis ad Regem quoque venerat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



BERNARD. DVX SAX. IVL. CLIV.
MILIT. PR. GENERAL.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

exercitum viginti mille militum conflavit, atque inde movens prope Gheltershemium Hornium aſſecutus, ejus copias ſuis addidit, & Suainfurtum verſus contra Tyllium caſtra movit; Tyllius intellectis Regis viribus, illum expectare opportunum non duxit, ſed ſe cis Mœnum recipere, objectoque flumine ripam tueri, atque inde ipſius conatus obſervare conſtituit, donec Bavariæ Dux cum ſuo exercitu opem ferret. Soluta igitur Suainfurti obſidione, vaſtatiſque tranſmœnanis agris, cis fluvium venit, ibique circa Bambergam caſtra poſuit. Verum cum inſtare hoſtem intellexit, magniſque itineribus ad ſe venire, & nondum adeſſet cum ſuis copiis Bavarus, haud conſultum duxit in apertis locis tam inæqualibus viribus commorari; motis itaque caſtris Donaverdam, atque inde in Bavariam ſeceſſit, ubi Duci Bavariæ jun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ctus cis Lyciam poſuit caſtra, deſtructoque ponte ejus fluminis tranſitu Regem prohibere conſtituit. Rex contra iratus, ob acceptam à ſuis cladem, ſollicituſque occaſionem prælii quærebat, dum Germanorum Principum integra fides foret, ipſorumque auxiliis uti poſſet, nec injuria; nam ducenti per alienam patriam exercitum, magnaſque res molienti, unus modus non victoriæ ſolum, ſed ſalutis omnino erat, ſocios in fide retinere, ac dum in fide viverent, progredi, vireſque firmare. Addebatur quod ſi gloriari parta victoria Tyllium pateretur, ii fortaſſe, qui ad ſe deſciverant poſt Lipſenſem victoriam, cum fortunam inclinare vidiſſent, Cæſaris clementiam, quam arma experiri mallent, atque iterum ad ejus partes redirent. Poſtquam ergo Tyllium apud Suainfurtum aſſequi non potuit; anxius, atque congrediendi cupidus

recta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

recta Bambergam petiit, illaque occupata, Forchaimum etiam nullo firmatum præſidio (nam Tyllius illud ſecum abduxerat,) in poteſtatem redegit, atque haud intermiſſo curſu Donaverdam verſus exercitum duxit, ut Tyllium aſſequeretur, eaque occupata, cum ultra Lyciam caſtra poſuiſſe Tyllium intellexit, haud cunctatus ad eum fluvium transfretandum deduxit milites, præmiſſo ad occupandum pontem equitatu. Sed Tyllius, qui hoc præcaverat, rupto ponte in citeriori ripæ parte milites in ſtativis collocaverat, qui eo tranſitu hoſtem prohiberent, ac pontem reſtaurari vetarent, & ubi adveniſſe Regem cum exercitu cognovit, ipſe accito ex omnibus ſtativis milite, eo quoque ſe contulit. Rex tentato fluvii tranſitu, cum à Tyllio repelleretur, conſilium dimiſit, ac quaſi ab ea parte nihil tentaturus, exercitum in circumjacen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tes pagos diſtribuit, inde poſt dies nonnullos circa Aprilis Calendas Cæſareos incurioſius agere, & negligentius cuſtodire ripam conſpicatus, obſcuram nactus noctem, pluviaque fœdam, ſupra Tylliana caſtra ad quinque milliaria navibus injecto ponte, antequam ſol oriretur, aut Cæſarei id ſentirent, exercitus partem fluvium tranſmiſit. Quod ut Tyllius accepit, coacto celerrime exercitu, ad hoſtem ripa prohibendum movit; ſed major Suecorum pars jam cis fluvium erat, inſtructaque ante pontem acie tranſitum cæteris defendebat, quando Tyllius cum ſuo exercitu comparuit; atque ubi hoſtem cis fluvium vidit; periculoſum ratus ſi pedem referret, feſſo ex itinere milite, præſentique hoſte, impetum facere decrevit, antequam reliquus exercitus cis pontem veniret; miſſo itaque levioris armaturæ equitatu, qui facto circui-

tu tentaret, an hoſtis terga aggredi, & pontem exſcindere poſſet, atque ita qui trans pontem erant à citeriori ripa, & à cæteris excluderentur, ipſe cum gravioris armaturæ equitibus, & peditatu inſtructa acie recta contra hoſtem movit; atque ubi ad ſclopi ictum eſt ventum; Tempus eſt, inquit, milites, quo Lipſenſem cladem ulciſcamur, deleamuſque paſſam ignominiam. Non duplo majorem numero habemus hoſtem, ut tunc, ſed minorem, ac diviſum, neque qui trans fluvium reſtant, iſtis, qui ante noſtros oculos ſunt, præſto eſſe poterunt, cum jam rupto ponte hac ripa prohibeantur; lavemus iſtorum ſanguine inductam anno ſuperiori maculam, qua expectationem noſtram fœdavimus; pugnemuſque acriter, ut majus ſit hujus victoriæ decus, quam dedecus paſſæ cladis; atque omnino in eo conſtituti ſumus, ut hic aut vincere, aut mori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

mori oporteat; namque quomodo ſervabimur, ſi (quod Deus avertat) vincamur? Vidiſtis quam interruptæ ſint viæ, cœnoque impeditæ, quæ neque pedem figere permittunt; & præterea procul nimis ſunt loca, ſi de fuga (ad quod ſuſpicandum adduci non poſſum) cogitatis, quo refugere poſſetis. Ego vero hæc non dico, quaſi verear ut mihi eam operam præſtetis, quæ ſtrenuos milites voſque decet, ſed ut oſtendam in quo omnes diſcrimine ſimus, niſi veſtra virtute nitamini, atque omnino hos Sueculos fundatis. Cæterum futurum ſpero, ut minimo negotio his, qui cis fluvium ſunt, trucidatis, ad alteram quoque pergamus ripam, atque ad internecionem hanc peſtem deleamus. Hæc fatus jubet equites irrumpere, ac mox lento greſſu, integraque acie pedites ſequi. Contra Rex viſo hoſte confeſtim cis fluvium venit, palanteſ-

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

que & diſcurrentes ſuos mira diligentia, celeritateque in ordinem redegit. Erat juxta pontis frontem collis leviter inſurgens, denſis virgultis refertus, ut ad fluviorum ripas ſolet. Huc immiſſis ſclopetariorum aliquot manipulis locum contra hoſtem munivit, reliquos deinceps milites, qui cis fluvium erant, in duas diſtribuit partes, quarum unam majoremque ex peditibus fere totam, infra pontem, qua hoſtis veniebat, diſpoſuit; alteram ſupra cum majori equitatus parte, quaſi id, quod evenit, ſuſpicaretur; relictoque inter has acies ponte, ac ſpatio, quo venientes milites reciperentur, locuſque ipſis à duabus aciebus daretur, vetuit eos, qui ad hoſtem ſpectabant, collis, quem ad ſiniſtram habebant, frontem tranſcendere, atque hoc ut hoſtem ad fluminis ripam deduceret; nam diſpoſuerat antea trans fluvium tormenta, qui-
bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

bus hoſtium latus in conflictu infeſtaret. His ita diſpoſitis, præſtat inſit, expectare hunc ſenem, milites, quem aggredi properabamus; atque equidem verebar, ne nos fugiendo defatigaret, eſſetque nobis per iniquas haſce vias continuis pluviis diſruptas perſequendus, cum præter omnem ſpem illum contra nos tendere vidi, qui eo nobis faciliorem victoriam reddere voluit, quo ipſe expectare non potuit; nam ſi nos in ſuis ſtativis expectaſſet, eo ire maximo cum incommodo oportuiſſet, quo feſſi tandem viribus perveniſſemus. At jam hoſtis hæc eadem patitur, quæ nos paſſuri eramus, longum confecit iter; feſſus, madidus, aqua cœnoque obrutus advenit; victoriam nobis obviam, commilitones offert; accipiamus oblatam debitaſque hoſti grates referamus; plura dicturum aggredientes Cæſarei interturbarunt; nam Tyllianus equita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

quitatus Suecos vehementi cum impetu adortus, in fugam conjecit, inde pedites aggreſſus ipſorum ordines non parum labefactavit, unde ſuccedentibus Cæſareis peditibus aditum aperuit, jamque inclinabat acies, cum Rex accurrens præſentia, verbis, manu ignavos increpans, confirmans ſtrenuos, atque hoſtes repellens, ordines reſtituit. Mox ancipiti ſucceſſu certatum utrinque, atque hinc inde plures cadebant, cum Cæſareus levioris armaturæ equitatus, aciem Suecorum, quæ ſupra pontem ſita erat, aggreſſus eſt; ſed facili negotio ab equitibus hoſtis, qui ſuperiores erant numero repulſus, ad cæteros rediit, ubi Tyllius verſabatur; Inde cum totus fere Suecicus exercitus cis fluvium veniſſet, æquatis viribus concurſum. Madidum erat ſolum, atque aqua liquatum, neque miles lubrica veſtigia ſiſtere poterat; quapropter Cæ-
ſarei,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſarei, qui aggrediebantur, itinere præterea feſſi, quamvis maxima virtute niterentur, inique certabant, neque poterant integris ordinibus ad hoſtem pervenire, cum à tormentis trans fluvium poſitis, quæ haud intermiſſe explodebantur, dilaniarentur, & à ſclopetariis in colle diſpoſitis, deſtinatis ictibus peterentur. Atque ideo poſtquam tres horas acriter pugnavere, cum jam totus exercitus Suecus cis fluvium eſſet, gnaviterque inſtaret, cedere cœperunt. Inter hæc Tyllius vexilla, lora, manus militum apprehendere, precari ne ſe deſererent, neve turpiter fugiendo mori, quam decore certando mallent; nullum adeſſe omnino refugium, ſi in fugam ſe darent, increpare, adhortari, demum fugientes cædere, & nihil prætermittere, ut milites ſiſteret, ordineſque reſtitueret. Sed cum inter hæc facienda propius ripam fluminis acceſ-

ſiſſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſiſſet, ictu ſeſquilibralis machinæ femore comminuto deficiens, ab aſſeclis ex prælio in caſtra deductus eſt, cum ab accepto vulnere integram fere horam adhuc in acie perſtitiſſet. Haud ſegnius Aldringherus faciens gravioris ſclopi glande percuſſus, ex pugna quoque ſeceſſit: inde Cæſarei aperte cedere, cumque iniquitate viarum detinerentur, à Suecis paſſim trucidari. Sed opportune adfuit cum ſuis copiis Bavariæ Dux, qui ſerius veniebat ad prælium; nam Tyllius ſimulac venire cis flumen hoſtem intellexit, admonito ut ſequeretur Duce, contra Regem duxit: Bavarus vero cunctantius collectis militibus, inſtructaque acie, poſt illum perrexit, atque ubi cedentes Cæſareos vidit, ſuos milites cohortatus, in Suecos impetum fecit: tum Cæſarei ad prælium quoque redeuntes, junctique Bavaris, Suecos ad collem uſque pepulere. Verum Ba-

varus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

varus cognita ſitus iniquitate, ulterius perſequi haud conſultum duxit, cum præterea impari feſſorum militum numero ſibi certandum eſſet, neque cis fluvium jam poſitum hoſtem tranſitu poſſet prohibere; ſic reſtauratis ordinibus, receptui cecinit, & in ſua caſtra ſe recepit. Deſiderata ſunt in eo prælio utrinque ad tria militum millia, quorum major pars ex Cæſareis fuit. Et Bavariæ Dux poſtquam aliquot dies in caſtris militem continuit, cum ſe imparem viribus cognoſceret, ſatius duxit in munita loca exercitum diſtribuere, donec plures cogeret copias, quibus in aperto Regi valeret reſiſtere; conclamatis itaque vaſis Ingolſtadium, quo paucis ante diebus Tyllius, & Aldringherus devecti ad curandum fuerant, ſe contulit. Hic poſt tot præclaras res geſtas, poſt aſſertam tot præliis, ac victoriis Catholicam religionem, poſt paratum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſibi optimi Ducis nomen, Jo. Tyllius diem obiit, integritate morum, rerumque geſtarum magnitudine æterna vita dignus, ni cœlum fortaſſe illum noſtro orbi invidiſſet; atque ad fruendum jam feliciori aura (ut pium eſt de tali viro credere) ad ſe Deus non revocaſſet; & Aldringherus poſt longam, diuturnamque curam, vulnus ſuum tandem ad cicatricem perduxit.

9. Ita ad Lyciam conflictus ſe habuit, dum Proteſtantes Torgavii circa præſens bellum comitia haberent; namque fama Volleſtaini exciti, exercitum quoque providere operæprecium ducebant, ne dum à Tyllio Guſtavus in Franconia diſtineretur, Miſnia, Saxonia, aliæque adjacentes provinciæ, Suecorum præſidio vacuæ, Volleſtaino præda eſſent, cui ut reſiſterent milites ſufficientes non habebant. Erant qui cenſerent præſtare, omnes cum ſuis

copiis Regem adire, atque junctis viribus Tyllium opprimere, antequam Volleſtainus exercitum educeret, inde hunc aggredi, atque ita futurum, ut facili negotio utrumque delerent, bellumque conficerent; ſed alia prævaluit opinio, quæ non eſſe è Republica diſſerebat, omnes totius Germaniæ vires ſoli Regi credere, ſeque ac ſuas ditiones in manus tradere quodammodo; quippe eſſe inſatiabiles Regum animos, & quo ulterius dilatant confinia, eo ardentius cupere, ut eadem tollant, careantque confinibus. Innatum eſſe privatis hominibus regnandi deſiderium, regnantibus æqualem non habendi; eſſe Guſtavum immenſo animo, jamque non adhuc devictis Germaniis, inhiare Italiæ, Hiſpaniæque, non illum mero religionis zelo, aut ulciſcendarum affinium injuriarum veniſſe, ſpernere decora conſilia Reges, quando utilia non ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſunt, Et quamvis timenda hæc non forent, eſſe tale ſuapte natura dominium, ut creditum alicui, in ipſius, cui creditum eſt, proprietatem tranſeat, atque adeo quandiu ſuppeteret ſpiritus retinendum, non modo hoc tempore, quo ipſi exercitum ſcribere, & per ſe ducere valerent; quod decorum futurum erat magis & utile; ſeque ſecuros ita fore, cum à Cæſare, tum à Rege; cum libera reſtaret optio alterutri ad libitum adhærendi, pluriſque ab utroque ſe æſtimatum iri, cum victoria illius partis futura eſſet, quam ipſi ſequerentur; atque hoc pacto ſe vere libertatem Germanicam defenſuros, cum eam periculo ſubducerent; ne cum Cæſaris, Auſtriacorumque jugum excutere intendunt, in Regis Sueciæ ſervitutem cadat; quod omnino effectum iri videbatur, atque Germania tota manifeſto ſervitio objiciebatur, ſi ſuum exercitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

cum Rege conjungerent, atque in eo ſolo ſuas ſpes, vireſque collocarent. Non deerant qui tutiora, melioraque proponerent; fieret cum Cæſare pax, ac poſtea ſe inter ipſum, & Regem interponerent, curareturque ut bellum ex Germania exularet, quod in ea tot annos ſævierat: ſed erant, qui ſumptus belli, aliaque Cæſari indecora repeterent; & plus potuit odium in Cæſarem, religionemque Catholicam, & Suecici Legati, qui iis comitiis aſſiſtebat, impulſus, quam pium quietis deſiderium; Concluſere itaque exercitum conſcribere, quem ſub ductu ipſius Saxonis in Boëmiam mitterent, occupataque in eo regno loca tuerentur, ac progrederentur ulterius, ſi occaſio pateretur.

10. At conſilium prævenit Volleſtainus, qui tandem ineunte Aprili, collectis viginti militum millibus, Cenaimo in Boëmiam movit,

facto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

factoque per Moraviam itinere prope Solſciamum Gallaſium convenit; inde occupatis in itinere Launo, Slano, aliiſque oppidis nonnullis, Pragam circa idus Aprilis pervenit. Erant Pragæ quinque Saxonum millia, qui ſe gnaviter defendere decreverant, ideoque ductis foſſis novam civitatem ſeparaverant à veteri, ut ſi Volleſtainus nova potiretur (namque illum ab ea parte opperiebantur) in veterem haberent refugium; verum munitam partem aggredi Volleſtainus importunum duxit; atque adeo facto circuitu, tranſmiſſaque Moldava, parvam civitatem adortus eſt. Summo mane Cæſareus exercitus in urbis conſpectum venit, quem erumpentes Saxones, velitationibus excepere; ſed his facile repulſis Volleſtainus civitatem corona circundari juſſit; mox diſpoſitis in ſancti Laurentii monte quatuor tormentis, murum ictibus ſterni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

mandavit; ipſe ante Racinenſem portam, quæ ad album montem ſpectat, conſtitit; miſſiſque qui portam ſecuribus perrumperent, Marchionem de Grana hortulum Hoſpitalis Præmonſtratenſium, qui annexus eſt mœnibus occupatum miſit, unde Saxones ſcloporum exploſione portam ſubeuntes noſtros infeſtabant; exequutus eſt Marchio mandatum; atque protinus Saxones impetu facto in Hoſpitale pepulit; verum ii nihiloſecius ex Hoſpitali, palatioque quodam, quod mœnibus imminet, ſtrenue ſe defendebant, occiſiſque eorum nonnullis, qui ad ſternendam portam acceſſerant, ab ea parte Volleſtainum prohibebant; cum perrupto in monte ſancti Laurentii à tormentis muro, Cæſarei in civitatem impetum fecerunt; tunc Volleſtainus quoque deturbatis machinarum ictibus è palatio Saxonibus, ſtrataque porta in civitatem in-

greſſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

greſſus eſt; & Marchio de Grana Capuccinorum adminiculo, qui ab interiori parte auxiliatum accurrerant, perforato Hoſpitalis muro in urbem penetravit; ſic per tres patefactos aditus ingreſſi Cæſarei obvios Saxones ubique cædunt, quamvis ii in domos, ductaſque foſſas ſe recipientes gnaviter reſiſterent; diſtinxerant Saxones foſſis, muniveruntque ligneis cancellis veterem, & novam civitatem, in parva parte non adeo diligentes, cum inde hoſtem non metuerent; inceperant tamen munitiones, quarum nonnullæ ad juſtam jam defenſionem erant perductæ, præbebantque Saxonibus refugium, quamobrem multis in locis renovatum eſt prælium, ac præſertim apud forum acriter pugnatum eſt. Sed graviter inſiſtentibus Cæſareis, Saxones ad arcem ſe recepere. Tunc Volleſtainus miſſo Gallaſio pontem verſus, qui hoſti reſiſteret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



MATTHIAS COM. DE GALLAS S.C.
CAM. ET MILIT MARESCHAL
LVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſi forte ſuis ſuppetias veniret, contra arcem tendit. Erat in arce Hofchirchius à Saxone Pragæ præfectus, qui cum adventare Volleſtainum obſervaſſet, protinus cum omni equitatu per arenoſam portam arci proximam Laitmeritium verſus in fugam ſe dedit. Circa arcem per ſeſquihoram velitatum eſt; interim Saxones, qui in veteri novaque civitate trans Moldavam erant, auxiliatum ſuis ſigna movere, ſuperatoque ponte, qui adhuc pro ſe tenebatur, in parvam partem irrumpere tentarunt, ſed Gallaſius impetum retudit, ac ſtrenue reſtitit, ideoque illi re infecta pedem retulere; & qui in arce erant, cum ſubſidium deſperaſſent, deditionem fecerunt. Potitus arce Volleſtainus ad pontem venit, atque imperatam deditionem facere reſpuentes hoſtes qui reliquum civitatis tenebant, aggreſſus, portam pontis perfregit; inde ſuperponte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

cœptæ velitationes, pulſique Saxones uſque ad medium pontis, ubi extructis cancellis muniebantur; tum pulſato tympano Saxones deditionem fecere; atque ſine armis, & vexillis dimiſſi ſunt: capta ſunt viginti & unum hoſtium vexilla, poteratque diutius civitas defendi, ac Volleſtainus detineri, cum egregiis munitionibus tam in veteri, quam in nova civitate Saxones abundarent; ſed ignavia Ducis, & militum hanc victoriam Volleſtaino faciliorem fecit, qui Pragenſibus iratus, quod adjuviſſe Saxones, atque è feneſtris in parva parte ejaculati eſſe in Cæſareos dicerentur, eam partem à militibus diripi paſſus eſt, eratque etiam permiſſurus, ut cæteræ quoque vetus, & nova civitates expilarentur, ni deprecantes Senatores, ne patriam everteret, oblata gravi contributione, ira fervidum animum placaſſent. Dives fuit par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

væ partis præda, in qua totius Pragæ ditiſſimi habitare ſolent, atque Itali, Gallique potiſſimum, qui negotiationis cauſa in ea civitate commorantur; militeſque mirum in modum erga Ducem benevolos reddidit. Capta Praga Volleſtainus reſtaurari dirutum murum præcepit, reficique munitiones; Inde aliquot dies domi ſuæ (quam Saxones illæſam ſervaverant) commoratus, relictoque in urbe præſidio, ad recuperanda reliqua Boëmiæ loca, quæ à Saxone occupata fuerant, exercitum duxit; atque brevi tempore, facilique negotio, vix repugnantibus hoſtibus Laitmeritium, Egram aliaſque civitates, & oppida expugnavit, ac Saxones ex tota Boëmia ejecit.

11. Pari felicitate in inferiori Saxonia fruebatur Popennaimus, qui recedentibus Bannero, ac Todio cum Sueco milite, deductum iterum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ex præſidiis exercitum in ditionem Bremenſis duxit, & oppida à Suecis occupata recuperavit. Neque audebant Bremenſis, & Lunemburgicus, qui ab obſidione Niemburgi receſſerant, in aperta prodire, quamvis haberent numeroſum militem; namque virtuti ſuorum diffidebant, qui ex ruſticis caſis tumultuarie evocati, cum veteranis Popennaimi militibus minime erant conferendi: timebantque ejus Ducis virtutem, qui invictus animo, promptus ingenio, indefeſſus corporis robore, ſtrenuus manu, prudenti in militaribus rebus, fœlicique celeritate inſignis, hoſti ſemper terribilis omnibus artibus imminebat. Uſus itaque hac opportunitate Popennaimus, apertam eorum regionem depopulatus eſt, retulitque opimam prædam, & contributiones copioſas exegit; Inde quoniam Colonienſis Archiepiſcopi ditio à Suecis, qui Brunſuicenſem

Ducatum

Ducatum invaſerant, infeſtabatur, in eum Ducatum exercitum duxit, ut Suecos à Colonienſi ditione, ad hunc defendendum eliceret; occupatiſque civitatibus aliquot, non parum Suecorum partes afflixit: nam Bannerus, ac Todius, qui reſiſtere poterant, cum Rex ex Palatinatu Rheni Francofurtum ſeceſſit, in eam provinciam copias ducere juſſi fuerant, ut Hiſpanos ejicerent, ſic relictis Bremenſi, & Lunemburgico, eo ſe contulerant, occupaverantque Haidelbergam ab Hiſpanis deſertam, & poſt plurium dierum obſidionem expugnaverant Francothalium, ac deinceps ad Regem exercitum duxerant, unde cum debiles Popennaimus Suecorum vires inveniſſet, facile in eam regionem excurrebat. Dum hæc agerentur in Germania, Galliarum Rex cum exercitu Lotharingiam ingreſſus, Ducem illum impediit, ne paratum

auxilium Cæſari ferret, atque in ſuas partes armis deduxit, acceptis loco pignoris oppidis nonnullis. Trevirenſem quoque Archiepiſcopum, cujus ditionem Sueci devaſtabant, amice ab iis defendit, atque ſub ſuam tutelam recepit; namque ita Trevirenſis petierat fieri, cū imminere hoſtes, & ſe ſine militibus eſſe videret.

12. At Guſtavus regreſſo in caſtra Bavariæ Duce commode cis Lyciam impedimenta exercitus tulit; & cum Bavarum in ſuas partes trahere ſperaret, in ipſius ditionem ducere noluit, donec tractatus, qui cum illo habebatur, ad finem perduceretur: Interim cum à cohæreticis in Sueviam vocaretur, Auguſtam Vindelicorum caſtra movit, eaque in deditionem accepta, imperfecto adhuc cum Bavaro tractatu, cum exercitu Bavariam ingreſſus eſt. Detinuerat tractando Dux Bavariæ Regem, quaſi illius partibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



PHILIPPVS CHRISTOPHORVS D.G.
ARCHIEPISCOP. TREVIRENSIS
PRINC . ELECTOR *etc*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

bus certis conditionibus acceſſurus, ut colligendi vires lucraretur tempus, quibus Bavariam tueretur. Verum hoc ipſum ſuſpicatus Rex, poſtquam aliquot dies expectavit, fervidus ira exercitum in Bavariam duxit, occupatiſque, ac incenſis aliquot oppidulis, Monachium Ducis ſedem expugnavit, atque ſe adhibiturum faces minabatur, ni ter centena thalerorum millia à civibus ſibi numerarentur; quam ingentem auri ſummam cum cives in promptu non haberent, à ſuo Duce duas tertias partes mutuo acceperunt, reliquum ipſi dedere. Hinc præcipua in Bavarum iracundia invectus Guſtavus, quem ſui deluſorem appellitabat, ulterius pergens, totam fere Bavariam miſere devaſtavit, ac demum ante Ingolſtadium poſuit caſtra. Urbs eſt Ingolſtadium in Norico munitiſſima, ad Danubium ſita, quam cives præter veteres munitio-

nes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

nes, terrore Regis impulſi, excitatis extra civitatem novis munimentis, inexpugnabilem fere reddiderant: Inerat præpotens præſidium, eamque Dux neceſſariis omnibus rebus impleverat, cum obſeſſurum Regem cenſeret, ſperaretque dum is in obſidione diſtineretur, ſibi futuram commoditatem colligendi in ſuperiori Palatinatu, in quem ſe receperat, milites, quibus ſua ditione Regem expelleret; verum Guſtavus ubi tentata expugnatione, nihil ſe proficere obſervavit, neque ſperaret fore, ut cives deditionem facerent, poſt nonnullos dies obſidionem ſolvit, vaſtatiſque circum agris, exercitum in Sueviam reduxit; infecta eſt Suevia majori ex parte Lutheri veneno, & quamvis etiam Catholici inhabitent, numero tamen ab hæreticis ſuperantur; quamobrem nemine fere reſiſtente ea regione Guſtavus potitus eſt: namque

Ulmam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Ulmam, Memmingam, aliaſque ejus circuli liberas civitates, haud evaginato gladio in deditionem habuit, contributioneſque opulentas, ac ſpontaneas accepit.

13. Eadem alacritate Ratiſbonenſis Senatus, qui ex meris Lutheranis conſtabat, ſuam civitatem Regi prodere tentavit; miſſis enim litteris illum admonebant Senatores, ut certa noctis hora cum data teſſera veniret, mitteretve equitum aliquot turmas, quibus ſe conſignaturos civitatem pollicebantur; ineſſe civitati debile præſidium, neque munitiones, quas extra civitatem Bavarici inceperant, ad defenſionem eſſe perductas, unde uſque ad portam indefenſus incuſtodituſque patebat acceſſus, ſe vero aperturos portam Suecis, qua in dormientes Bavaros impetum facerent, atque ita nullo negotio liberaturum Regem propenſam in ſe civitatem à Cæſariano-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

rianorum Catholicorumque ſervitio. Sed eventus impium conatum eluſit, nam litterarum lator dum Donaverdam ad Regem tendit, à Bavaricis aliquot militibus capitur, & reperta epiſtola ad Ducem adducitur; qui oblata occaſione valde lætatus eſt; namque angebatur ejus civitatis cura, non ignarus Senatum ſuperſtitionis impulſu Regi adhærere; neque habebat prætextum, quo præſidium ad libitum imponeret, & cum ſufficientes copias ad civitatem tuendam ſe impoſiturum civibus obtuliſſet, reſpuerant illi, tantumque peditum aliquot ſigna ad oſtentationem admiſerant, cæterum ſe ſuam civitatem ſtrenue contra regem defenſuros aſſerentes. Ratiſbona totius Bavariæ Metropolis ad Danubium ſedet, pulcherrimo ponte lapideo, ſplendidiſque ædificiis, ac ornatiſſimis templis ornata; Imperialis eſt civitas, fruiturque libertatis privi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

privilegio, ſed cum in medio Bavarici dominii poſita ſit, ſub tutela illius Ducis vivit; cingitur præaltis mœnibus antiqua architectura conſtructis, & Bavarus cum eam ad invadendum ſuperiorem Palatinatum commodiſſimam cenſeret, deſperaretque ſe poſſe illum retinere hac amiſſa, poſtquam firmo præſidio, renitentibus civibus, eam munire non poterat, in ſuis agris, qui fere ad mœnia accedunt, munitiones inceperat, quibus civitatem cingeret, atque ita vel invitam defenderet, ſed libentius impoſuiſſet præſidium, ut diximus, ſi aut cives voluiſſent, aut ipſe aliquo prætextu potuiſſet, nunc oblata honeſta opportunitate, quoniam litteræ reſponſum à Rege non exigebant, ſed citum ipſius adventum, & quam ſcribebant teſſeram, hora conſtituta cum equitatu ad civitatem acceſſit, juſſo peditatu mox ſequi, ne fortaſſe ab iis civibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

qui illis litteris Regi ſe prodidiſſent, hoc ſtratagemate in inſidias deduceretur: ac cum in conſpectum mœnium venit, miſſa equitum manu, qui deſtinatam portam à civibus acciperent, ipſe ad bombardæ ictum cum reliquis ſubſtitit: & miſſi milites data civibus teſſera, qui avide Regem opperiebantur, apertam portam præſidio firmavere; quo cognito Dux cum reliquo equitatu adfuit, & civitatem ingreſſus eſt; Et cives ubi milites in civitate videre, Regem, Suecoſque eſſe rati, elata voce in lætitiæ ſignum, terroremque Bavarici præſidii, vivat Rex Sueciæ proclamarunt; tunc Bavari diductis gladiis perduelles cives, Senatoreſque promiſcue cædere, & juncti præſidio domos expilare. Verum Dux civitatem diripi non eſt paſſus, ſed cum dies illuxit, vocatis ad ſigna militibus, militari licentiæ finem impoſuit, paucorum cæde contentus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tus, & aliquorum ex iis, qui Senatum ad defectionem impulerant, ſupplicio. Mox impoſito numeroſo præſidio, cives ad munitiones promovendas coëgit, pecuniaque mulctavit; Inde ad milites colligendos in ſuperiorem Palatinatum reverſus eſt, nam rediturum ex Suevia in Bavariam Regem metuebat, qui potiſſimarum Sueviæ civitatum potitus, quæ Popennaimus in Brunſvicenſi Ducatu gereret, accepit; atque eapropter dimiſſo cum valida manu Bannero, qui illi reſiſteret, ipſe Italiæ inhiare videbatur; namque Lindavienſes tentaverat, ut ſuos itidem, ſicut aliæ Sueviæ civitates, admitterent, aditumque in Mediolanenſem Ducatum præberent, ſed & Lindavienſes, quorum civitas Cæſareo præſidio erat firmata, hoc facere refutarunt, & Rex à Volleſtaini progreſſibus revocatus eſt. Non tamen ſine metu his diebus vixit Italia, quæ immi-

imminere præpotentem, victoriiſque elatum hoſtem tam prope videbat, variaque agitabantur conſilia, prout diverſis quiſque affectibus trahebatur, & erant, qui Regis arma in Italia cuperent, odio præſentium vel manifeſte deteriora ambientes; ſed purioris mentis viri rependebant animo antiquas harum gentium invaſiones, jamque patriæ devaſtationem deplorabant. Verum enim vero Dux de Feria Hiſpanus, penes quem erat Mediolanenſis Ducatus cura, collectos duodecim mille milites Marchione Spinula, invicti illius Ambroſii filio, duce in vallem Tellinam miſit, ut ſi hoſtis invaderet, illum remoraretur, donec ipſe majorem inſtrueret apparatum; atque omnino verebatur, ne Rothomagenſis Dux, quem Griſones (ita hodie ſuperioris Rhætiæ populi appellantur) Generalem ſuorum armorum Ducem elegerant, copias
ſuas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſuas cum Suecis conjungeret; atque inde & Sueci, & Griſones in Mediolanenſem Ducatum irrumperent, improviſumque adorirentur: quamobrem in eo Ducatu & Neapolitano regno delectus imperavit; cæterique Italiæ Principes ſuas ditiones cœperunt munire, ac præſertim Genuenſes, interdictis aliis fabricis, cæmentarios omnes fabros ad novorum mœnium fabricam convocarunt, ut eo citius civitas muniretur. Sed hæc mea quidem ſententia parum ſuffeciſſent contra veteranos, exercitatoſque milites, aſſuetos vincere, ac ſpe inſuper prædæ accenſos, quamvis in Italia aliter bellum geri dicatur, ſintque arces plures numero, & fortaſſe munitiores quam in Germania, atque regio anguſtior, ac ſterilior, quæ magnum exercitum diu alere non potuiſſet. Verum Deus miſertus infelicis Italiæ, minatus flagellum, deinceps a-

vertit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

vertit, & Regem ad alias affligendas provincias deduxit.

14. Detinebatur inter hæc ab Arnemio in Boëmia Volleſtainus; namque ille tractatum pro Duce Saxoniæ venerat, qui ad pacem ſe inclinare ſimulabat; huic tranſactioni plures dies inſumpti, ſumma ſpe concludendæ pacis, jamque aliquando pro concluſa habebatur, cum Volleſtainus tandem cognita arte, Arnemium re infecta dimiſit, & cum exercitu latum Bavaro ſuppetias movit; hic enim continue ipſum in Bavariam vocabat, ut ſuam ditionem recuperaret, quod flagitabant & Hiſpani, ut Suecus à limitibus Italiæ revocaretur, ſuſpicantes fortaſſe, ne vicinitate Regis populi ad rebellionem invitarentur. Menſe itaque Junio, relictis in Boëmia cum Holca Generali ordinum ductore aliquot militum millibus, qui Saxonibus, ſi forte ingruerent, re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſiſterent, ipſique Miſniam infeſtarent, Volleſtainus cum triginta militum millibus, magnaque tormentorum copia, in ſuperiorem Palatinatum venit; atque ut Suecum è Bavaria, Sueviaque eliceret, cœpit devaſtare Norimbergenſem tractum; nam irę ipſe in Bavariam noluit, tum quod regio illa ſuapte natura ſterilis, deſtructa eſſet, neque militibus victum ſuppeditare poſſet, tum ne ſedem belli in amica provincia conſtitueret. Suevia quoque gerendo bello erat inepta, montibus, lociſque iniquis plena. Ducto itaque in Norimbergenſium ditionem exercitu, Suavochium, quod primum ſe obtulit eorum oppidum, adiit, & cum oppidani annonam pecuniamque contribuere denegarent, locum expugnavit, & diripuit, inde motis Norimbergam caſtris, duobus ab urbe paſſuum millibus tentoria fixit, atque vallo & foſſa ſe munivit, dum
equites

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

equites totum illum tractum, qui cis Pegneſum fluvium jacet, depopularentur. Admonuerant de Volleſtaini adventu Norimbergenſes Regem, cum illum intellexere in ſuperiorem Palatinatum copias duxiſſe, nam imminere ſibi hanc procellam ſuſpicabantur; & Rex ne amicam civitatem, quam maximi pendebat, indefenſam relinqueret, clauderetturque in Suevia, ſi eam amitteret, ex Suevia diducto exercitu, factoque mira celeritate per Bavariam itinere, ac ea provincia iterum devaſtata, cum viginti militum millibus Norimbergam pervenit, antequam Volleſtainus Suavochium expugnaſſet; cumque illum majorem ſuo habere exercitum ſciret; trans Pegneſum fluvium poſitis caſtris, vallo foſſiſque itidem ſe munivit; atque ita uterque exercitus circa Norimbergam conſedit. Sedet Norimberga inter Bavariam & Fran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

coniam, in eo agro, qui peculiari nomine Noricum dicitur; dubium autem eſt Franconiæ, an Bavariæ cedat, ipſique Norimbergenſes neque Bavari dici volunt, neque Francones, ſed ſeparatum quoddam genus tertium, nempe Norici. Eſt ea regio in Hercinia ſilva quaſi receſſus horridis circumquaque nemoribus cinctus, atque defenſus; cumque Hunni latiſſima populatione vaſtarent Europam, ex Bavaria, & Boëmia, aliiſque proximis provinciis profugi huc confluxere, atque prope Pegneſi, & Regneſi fluviorum confluentem ædificarunt Norimbergam; inde accurrentibus agricolis, Herciniæque paſtoribus eſt aucta; ſed cum latrociniis nullius dicto parentes Norimbergenſes viciniam infeſtarent, Henricus Bavarus immiſſa veteranorum colonia eos compeſcuit legeſque juxta quas viverent, dedit; addiditque religionem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

& primum ſancti Ægidii templum erexit, ac muro civitatem cinxit. Mox Conradus ſecundus Imperio conjunxit: & Democratica politia uſa eſt, donec Carolo quarto imperante optimates plebem ſubegere, deſignatiſque octo & viginti familiis, ex quibus Senatores eligerentur, Ariſtocratiam fundavere. Catholicam fidem uſque ad Lutheri tempus excoluit, cujus inter primas civitates deinceps veneno infecta eſt. Ipſius porro Norimbergæ ambitus octo paſſuum millibus patet, cingiturque duplici muro, antiqua arte munito; interfluit fluvius Pegneſus, cujus ripas multi lapidei pontes jungunt; Urbs nobilis eſt, & præclara, magnifice operibus ædificiiſque publicis, ac privatis ornata; at in agro ſterili, & arenoſo, vitibuſque carente ſita, cum adjacentes Boëmia, & Franconia feraciſſimæ ſint regiones, atque ob ſoli ſterilitatem induſtrium po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

pulum habet; omnes enim cives, aut opifices ſunt mechanicis in artibus excellentes, aut negotiatores, qui mercimonii cauſa varias adeunt regiones, unde multæ illis divitiæ, & magnum in Germania nomen; fertur in medio ferme Germaniæ eſſe, atque adeo aptiſſima Imperatoribus ſedes; Arcem habet regiam in colle urbi imminente ſitam, vetuſtiſſimam, ex qua in urbem, & adjacentes agros patet proſpectus: Cæterum infelix ager umbroſis ſaltibus tegitur, atque fœdis paludibus interrumpitur, unde aër inſalubritatem quoque contrahit,& civitas ipſa hoc incommodo vexaretur,niſi paulo editiori loco poſita,apertiori cœlo frueretur. Munitio vero,qua ipſa cingebatur, non erat talis, ut Cæſarianorum impetum ferre potuiſſet, ni cives extructis munimentis totam civitatem circumdediſſent. Expirante Junio Volleſtainus duobus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

paſſuum millibus urbe procul cis Pegneſum, ut dicebamus, conſedit; conciſiſque nemuſculis, quæ delectum ſitum tegebant, vallum extruxit, ductaque circum foſſa ſe munivit, cum prius exploraſſet urbis ſtatum, & adeſſe Regem ex ipſius munitionibus cognoviſſet. Extructo nonnullorum dierum ſpatio, hoſtibus conniventibus, vallo, milites per regionem diſcurrere, incendere pagos, expilare domos, tigna, aſſeres, aliaque ad ſtruendum neceſſaria aſportare, quibus intra vallum tabernacula extruerent, atque brevi altera fere civitas prope Norimbergam jacere videbatur; neque interrumpebat hoſtis militum opus, ipſe quoque caſtrametando intentus, quique ſe facturum ſatis rebatur, ſi tantum exercitum diſtineret, atque in ea obſidione implicaret, qui plus fortaſſe nocere potuiſſet: levioris armaturæ equites ſolum, iique qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

bus excurrendi cura obvenerat, & Croatæ ſingulis diebus exiguis velitationibus exercebantur; neque contra civitatem aliquid movebatur, quæ noſtris caſtris ſatis procul incommodum afferre, aut pati nequibat, tantumque intuentium proſpectui patebat.

15. Atqui dum res ita apud Norimbergam ſe habent, Popennaimus in Brunſvicenſi Ducatu male Suecos exceperat, ipſumque Brunſvicúm à Suecis occupatum antea, tentatumque à ſe fruſtra, obſidione cinxerat, cum ſuis laborantibus Bannerus à Rege miſſus præſto adfuit; tunc Popennaimus ſoluta civitatis obſidione, inferior militum numero, aſtu tamen, & militarium rerum peritia ſuperior, exercitum contra hoſtem duxit, non eo tamen animo, ut confligeret, ſed ut Suecorum progreſſus obſervaret, ac ſi opportunitas daretur, diſtractos opprimeret. Sed Bannerus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



Generoſiſſimꝰ. D.D. IOHANNES BANNERVS
Hæreditarius in Mullhamer et Werder, etc:
Eques Reg. Sueciæ Conſiliarius, et in
Rebus Bellicis Archimarſchallꝰ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

nerus egregius quoque Dux unitis viribus incedens, ipſumque ad pugnam laceſſens, Popennaimi conatus effugit; neque quidquam aliquot hebdomadarum ſpatio momenti actum eſt, utroque opportunitatem quærente, donec Popennaimus deludere Bannerum poſſe diffidens, invitatuſque à Conſalvo Cordubenſi, ac Marchione de ſancta Cruce Hiſpanorum in Belgio Ducibus, qui Trajecto ad Moſam ab Hollandis obſeſſo opem ferre parabant, ut ſuas quoque copias ad ſubſidium ferendum conjungeret, in Belgium diſceſſit, ne civitas illa, magni ad rerum ſummam momenti in hoſtium manus caderet; & Bannerus liberatis à Cæſarianorum invaſionibus Brunſvicenſi Ducatu, atque inferiori Saxonia, relictoque præſidio, ad Regem, à quo vocabatur, Norimbergam venit.

16. Sed Bavariæ Dux Maximilia-

nus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

nus, profecto Norimbergam Rege, extenuatiſque in Bavaria Suecorum viribus, cum exercitu, quem collegerat, recuperare amiſſa loca inſtituit, quod facili negotio conſecutus eſt, cum Rex in ea provincia nullum fere præſidium reliquiſſet, & incolæ Catholicæ fidei addictiſſimi, ægre Suecorum dominium ferentes, advenientem priorem dominum lætis animis, exciperent: recuperato itaque Monachio Maximilianus, aliiſque locis nonnullis, in quibus exigendarum contributionum gratia Sueci remanſerant, præſidium impoſuit, quo regionem tueretur, ſi quid hoſtis ex Suevia moveret; ipſe deinceps cum Aldринghero, ac Tylliani exercitus reliquiis, quas collectis propriis militibus ad numerum viginti millium auxerat, Norimbergam ad Volleſtainum iter intendit, ut junctis viribus Regem obſiderent, opprimerentque, atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ineunte Auguſto Cæſareis ſua quoque caſtra conjungere ducto vallo incepit. Ante Bavari adventum nihil Volleſtainus tentaverat, qui ſe operæprecium facturum arbitrabatur, ſi Guſtavum remoraretur, atque impediret, ne ulterius diſcurreret; ſperabat enim interim, ut interrupta victoriarum ipſius fama, ipſoque quaſi obſeſſo, illius minueretur authoritas, atque aliqui ab ipſo deficerent, unde ſibi contra ſolum, diſtantemque à patriæ auxiliis facilior, & cum minori ſanguine futura eſſet victoria; neque omnino ſecus facere Volleſtainus poterat, cum detrectaret Guſtavus acie decernere, nec adoriri præſtaret ſitu ac vallo egregie munitum veteranum victoremque antea exercitum. Tendebant itaque utriuſque Ducis ad eundem finem conatus, atque uterque temporis ſibi profuturam jacturam cenſebat; interim ægrotare noſtri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſtri ob aëris intemperiem cœpere, cum caſtrorum humilis ſitus, nemoribus obſeſſus, atris vaporibus eſſet obnoxius, atque aqua, quæ potui ſerviebat, impura, ſanitati non parum officiebat: quoniam à Pegneſo in tota caſtra vix aqua diſtribui poterat, cum aliquæ legiones nimis procul abeſſent, & hoſtis ſemper circa ipſum verſaretur, atque eos, qui aquatum ad fluvium ibant, cum hoſte velitari oportebat; qua de cauſa milites effoſſis humi puteis limoſam aquam haurientes, bibenteſque facillime in ægritudines incidebant; acceſſerat papuli penuria, nam devaſtatis circum agris conſumptiſque prodige frugibus, quæ adjacentibus in pagis fuerant, ad quinquaginta paſſuum millia aliquando Norimberga procul pabulatum ire erat neceſſe. Neque mirari quis debet tantam circum regionem adeo brevi temporis ſpatio fuiſſe devaſtatam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

quia magna mortalium multitudo id effecerat, cum in noſtris caſtris ſolum præter milites, quindecim ſaltem fœminarum millia, quæ ſemper Germanos milites ſequuntur, totidem fere calonum, famulorumque & rhedariorum, ac ſupra triginta equorum millia fuerint, tantum impedimentorum moderni exercitus trahunt. Adde quod ea, quæ colonis ad annum ſufficerent, militibus totidem prodige abutentibus ad menſem non ſunt ſatis. Adventu Bavari hæ difficultates auctæ, auctis qui eduliorum egerent, & quamvis tranſmiſſo Regneſo, ea quoque pabulatum iretur, erat tamen id conſequi ita difficile & periculoſum, propter hoſtis incurſiones, ut præſtaret prætermitti, atque adeo minime ſublevata eſt penuria, ſed in dies ſuccreſcebat; ſi vero vinum, aut quippiam delicatius cupiebatur, ex Boëmia, & Auſtria, longiſſimo itinere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

nere, curribus quærendum erat; Sueci contra præter opulentam, omnibuſque neceſſariis rebus antea proviſam civitatem, Franconiam propinquam habebant, abundantem frugibus, vinique feraciſſimam regionem, atque inde Haſſiam, & Virtembergam, ex quibus neceſſaria abunde, libenter inſervientibus ruſticis, ſuggerebantur. Hic erat exercituum ſtatus, quando Bavarus cum ſuis copiis Volleſtaino ſe conjunxit; ac Volleſtainus tentare inſtituit, an ultra Regneſum validam militum manum mittere, atque Suecos ex Franconia poſſet ejicere: ſed Rex hoc animadverſo omni conatu reſtitit, miſſiſque nunciis Bannerum ex Brunſvicenſi Ducatu ad ſe venire juſſit, ne ſpoliatus Franconia apud Norimbergam obſideretur. Interim detinendo Volleſtaino Galliarum, & Angliæ Regum Legatos ſpecie pacis tractandæ ad eum miſit, at-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

que occaſione tranſactionis aliquot dierum induciæ factæ. Ferunt Guſtavum adventu Bavari valde perculſum; quem minime crediderat Volleſtaino acceſſurum, cum inter eos vigeret æmulatio, diceretúrque Bavarus potiſſima fuiſſe cauſa, cur in Ratiſbonenſibus comitiis ille fuiſſet exauctoratus; neque videbatur cenſendum, fore ut Dux Bavariæ ſub auſpiciis Volleſtaini militaret. Sed illum neceſſitas ſuæ regionis tuendæ ad officium deduxit, atque hic ob debitum erga Cæſarem obſequium injuriæ oblitus eſt; & utroſque Catholicæ religionis amor conciliavit ad invicem.

17. Inter hæc Saxo amiſſa Boëmia non conſultum duxit conſcriptum ex Torgavienſi decreto exercitum, in eam provinciam mittere, cui ſciebat adeſſe Holcam præſidio, & expilatis priori anno pluribus civitatibus, tenuem in ea futuram præ-

dam conjiciebat; atque adeo Arnemium ſuorum caſtrorum præfectum Sileſiam cum exercitu invadere juſſit, in quam à Lutherana factione invitabatur. Ingreſſus Arnemius, Glogovium majus, aliaque loca expugnavit, ac Catholicos miſere afflixit, & Uratiſlavia, quæ Cæſaris præſidium reſpuerat, quæque ſe defenſuram propriis viribus jactaverat, ſponte deditionem fecit; inde ulterius progreſſus Arnemius, Niſſam, aliaſque civitates occupavit, devaſtavitque eam provinciam fere totam. Holca vero, qui Boëmiæ regnum defendere, hoſtemque propulſare debuerat, ſe non habere ſufficientem militem cauſatus, Arnemio non occurrit, ſed quaſi ad ſua defendenda hoſtem revocaturus, in Miſniam duxit, & Suichaviam, Plagam, Hoffium, aliaque ejus provinciæ oppida expugnavit, miſſoque nuncio Volleſtainum de Arnemii

irru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

irruptione admonuit, ut ſibi ſubſidium mitteret, quo auctis viribus, in aperto valeret reſiſtere. Novus, dum hæc fierent, excitatus tumultus vehementi, ſed inani, aſſultu Cæſareos afflixit: nam ſuperioris Auſtriæ ruſtici exercitum Cæſaris apud Norimbergam detineri conſpicati, atque Arnemium devaſtata Sileſia, in Moraviam fere perveniſſe, hujus ſtimulis exciti, ſumptis quæ in promptu erant armis, trucidatiſque Cæſarianorum aliquot, qui apud Linzium diverſabantur, rebellionem cœptavere & ad viginti ipſorum millia coivere, eratque ulterius progreſſurum incendium, & fortaſſe inferioris quoque Auſtriæ ruſtici manus dediſſent, ni immiſſæ Vienna duæ peditum, & una equitum legiones facili negotio initia ſeditionis compreſſiſſent; nam cum ruſtici venire in provinciam milites ſenſere, ut viles ſunt, & puſillanimi,

pars

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

pars abjectis armis, quaſi nihil feciſſent, ad ſua rura rediere, pars in Boëmiam, atque inde in Sileſiam per nemora ad hoſtem habuere refugium; & reſiſtere auſi, fugati, trucidatique, atque procerum nonnulli, qui cæteros ad rebellionem inſtigaverant, injectis catenis Viennam deducti, ubi ſtruendo vallo, mœnibuſque inſtaurandis mancipati ſunt, quamvis poſt ſemeſtre liberatos Cæſaris indefeſſa miſeratio ad ſuas ſedes remiſerit.

18. At vero apud Norimbergam Volleſtainus accepto ab Holca nuntio de Saxonum in Sileſiam irruptione ad ipſum aliquot legiones miſit, quibuſcum capta in Miſnia loca retineret, & ad Sileſiæ confinia accederet, diſtineretque ſuſpicione hoſtem, donec majores copias ipſe ſubmitteret, quibus ille ex ea provincia pelleretur; Interim Legati Gallus, & Anglus, poſt varias, inaneſque tracta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tractationes, Norimbergam rediere, neque pro captivis redimendis ſaltem concludi potuit, ut eo modo, quo in Belgio cum ipſis ageretur; Namque negabat Volleſtainus hanc facilitatem perduellibus Germanis concedere, ex quibus jam totus fere Regis exercitus conſtabat, cum Suecorum major pars, aut in præſidiis diſtributa, aut ferro, aliiſque incommodis enecta, aut domum reverſa eſſet. Legati igitur ut diximus re infecta abiere, & poſt paucos dies induciæ expirarunt; inde ad militaria munia reditum, & quotidianis velitationibus res agebatur. Inter quæ Bannerus ex Brunſvicenſi Ducatu facto per Haſſiam, Franconiamque itinere cum ſuo exercitu Regi ſe conjunxit; neque potuit Gallaſius, qui ad hoc à Volleſtaino cum valida manu miſſus fuerat, prohibere; cum jam cis Mœnum Bannerus veniſſet, & per loca

Cæſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Cæſarianis iniqua, militari ordine incedens, iter faceret. Ac ubi Guſtavus Banneri copias ſuis addidit, tempus ulterius terere inutile duxit, cum jam annus ſeneſceret, atque ingruente Autumno pluviis viæ diſrumperentur, militeſque contraherent ex humiditate morbos ac ægritudines; decrevit itaque hoſtem laceſſere, cum ſuorum virtuti plurimum confideret, & prælio decertare, aut inde recedere, & in amœniorem regionem ducere exercitum, ut feſſi milites reſumerent vires. Data itaque Banneri militibus, qui nuper venerant, quattuor dierum requie, poſtridie nonas Septembris è caſtris in Cæſarianorum conſpectum inſtructa acie prodiit, hinc exploſis campeſtribus, quas ſecum attulerat, machinis, clangentibuſque tubis Vollestainum ad conflictum provocavit. Decretum Volleſtaino fuit, totius rei ſummam uni prælio mini-
me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

me committere, quamvis quibuſdam indecorum videretur, tanto cum exercitu pugnam detrectare, atque obfuturum expectationi de Volleſtaino partæ, ſi cum Rex ſui copiam in aperto faceret, ipſe munitionibus otioſus inſideret, & fore, ut ipſi amiſſa bene gerendæ rei occaſio imputaretur; nam conſiderato exercituum ſtatu Cæſariani ſuperiores viribus apparebant, quorum exercitus ad triginta militum millia aſcenderet, Sueci contra vix viginti quinque millium numerum attingerent. Eſſe inſuper Cæſarianos corporis robore integros; qui jam ſequitertium menſem quieti dederant; Suecos Banneri, qui hoſtilis exercitus erant pars potiſſima, itinere defatigatos, ac viribus deſtitutos; atque adeo moveri potius deſperatione Regem ad prælium, quam bellica aliqua ratione. Verum enimvero Volleſtainus opinionem hanc,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

quanquam decoram, & non omnino inutilem rejecit; diſſerebat porro duobus exercitibus Bavari, & ſuo, non Cæſarem ſolum, ſed Catholicos omnes Germaniæ niti; neque ſi iſti amitterentur, ſperandum, ut bellum poſſet renovari; nempe exhauſto pecunia ærario, militibuſque, imo incolis carente tota Cæſaris ditione, unde novus exercitus conſcriberetur? & tametſi in promptu illa eſſent, non daturum tempus Regem, ſi vinceret, ut novæ cogerentur copiæ, ſed recta Viennam verſus directurum curſum, ut Cæſarem opprimeret, ſuoque voto fieret compos; ac daturos manus Boëmiæ, & ſuperioris Auſtriæ ruſticos, qui nihil aliud præter Ducem expectarent, atque ita illum, quod peteret, aſſecuturum; & omnino ex minima quaque adverſitate caſuras res; ſcilicet ſi pares ex prælio diſcederent, plus expectationis de ſe partæ amiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

amiſſurum, qui ſuperior militum numero hoſtem vincere neſciviſſet: quid ſi vel minimum inclinaret acies, & cedere oporteret? quo petendum? nempe in Bavariam, aut Boëmiam, amicas quidem regiones, ſed ob hoc ipſum non exponendas belli incommodis, quando id in hoſtili regione geri poſſet; eſſeque jam eas ita afflictas, ut exercitum alere nequirent: Et non adeo certam eſſe victoriam, ut credebatur; quia quamvis Cæſareus, junctus Bavarico major eſſet exercitus, Bavari tamen milites, major jam totius exercitus pars, nuper tumultuarie collecti, belloque erant inaſſueti; ac ii, qui antiqua numerabant ſtipendia, Regis fortuna territi, ut ſuperſtitioſa & credula militaris gens eſt, ægre, & inique erant congreſſuri: tutius eſſe igitur, imo juxta militaris, politicæque diſciplinæ regulas neceſſarium quodammodo, nunc temporis

prælium

prælium effugere; hoc inſuper addito, quod ſi prælium amitteretur, ſaltem Boëmia, & Bavaria in hoſtis poteſtatem veniebant, quarum defenſioni accurrerat; hoſtis contra in propinquam, munitiſſimamque civitatem habebat refugium præſentaneum, quo recedere integris rebus poterat, ſimul ac inclinante ſua acie placuiſſet, atque ibi alia auxilia è proximis, amiciſque provinciis opperiri, neque carere ſua utilitate, & decore hoc conſilium; nam ſatis actum eſſe videbatur, ſi continuum victoriarum Regis curſum ſtitiſſet, docuiſſetque exemplo ipſi poſſe reſiſti: præterea peregiſſe ſe ea, propter quæ venerat; ſcilicet ex hæreditariis Cæſaris regionibus hoſtem pepulerat, atque inſuper amicum Bavarum ab ipſo liberaverat, ac liberaturum ſe Catholicos brevi, ubi tutior opportunitas daretur: perduelles reliquos, hæreticoſque, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſponte Regi ſe dederant, & ſponte ſatiatum iri, foreque ut Suecos pariter odiſſent, ut Cæſarem erant exoſi; atque omnino eſſe ad officium redituros, alioqui non defuturum tempus, quo debitas luerent pœnas. Perſuadebat hoc idem & Bavarus, qui ſimilibus fere rationibus movebatur, ac liberata ſua ditione, haud libenter exercitum diſcrimini objiciebat. Cæſarei itaque acie pro more militiæ in caſtris inſtructa, diſpoſitiſque pro vallo excubitoribus, intra caſtra ſe continuere; pars equitatus ſolum, Croatæque ac Poloni velitatum egreſſi; & Rex ubi uſque ad tertiam ante Veſperam horam in acie milites habuit, victoriam canentibus tubis, in caſtra reduxit, ac ſequentibus quattuor diebus nihil actum.

19. At non quieſcebat Guſtavus, qui apud Norimbergam diutius morari inutile jam cenſebat,

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

cum nihil ageretur, mileſque interim ægritudinibus deficeret; qua de cauſa omnino abire decrevit: ſed antequam diſcederet, tentare voluit an noſtra caſtra furtivo aggreſſu valeret expugnare, & incautos Cæſareos delere; Quinto igitur idus Septembris ductum præcedenti nocte prope urbem, ne ab hoſte obſervaretur, cis Pegneſum, exercitum, ultima vigilia in varias diſtributum acies Cæſarianis caſtris admovit; ac prius diſpoſitis tribus eminentibus in locis tormentis aliquot, quibus tabernacula inter caſtra everteret, militeſque infeſtaret, ac deterreret, ubi cuncta ad præſcriptum parata vidit, brevibus hortatus milites ad rem bene gerendam, ſopitoſque ac inermes Cæſareos opprimendos, manipulos aliquot ad ſuperandum vallum ſubmiſit, ſignumque illis, qui tormentis præerant dedit; ipſe in propinquo nemuſculo delituit cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

reliquis copiis, ne murmure militum Cæſareos excitaret, obſervaturus inde exitum rei, & opportune ſuis affuturus. Eodem ferme temporis momento aſcendi vallum, & tormenta explodi cœpere. Feriit Suecorum impetus eam caſtrorum partem, in qua Bavarus cum ſuo exercitu diverſabatur, atque ubi præcipue tentoria habebant magnus Hieroſolymitani ordinis Prior Aldobrandinus, & Ferrandus Carraffa, atque Comes Coloredus junior equitum tribuni, ac primum Sueci deturbatis, qui claſſicum cecinerant, excubitoribus, vallum ingreſſi ſunt, nonnulloſque milites trucidarunt; neque ſiſtere impetum Aldobrandinus potuit, quanquam ſtrenue accurrens cum paucis militibus impigre rem gereret, reſiſteretque; donec hunc repulſum hoſtium numero, adveniens cum Carraffa Coloredus, militeſque tumultuarie collecti

exce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

exceperunt, atque reſiſti cœptum eſt. Horridus interea noſtra caſtra pervagabatur ſtrepitus ad ſigna feſtinantium militum, impediebatque nox adhuc obſcura ordines diſponi, & ſtridentes bombardarum globi, qui inceſſantibus ictibus paſſim pervolabant, tabernacula ipſoſque milites miſere ſternebant, provolvebantque; affligebat quoque aures mulierum lixarumque clamor, qui periculum effugientes huc illuc diſcurſitabant, ipſique milites neque arma arripere, neque ſuperiores audire tanto in tumultu poterant, ut ejuſmodi in caſibus evenit: nec bene liquebat quam potiſſimum partem tuerentur, an eo accurrerent, qua jam hoſtis in caſtra pervaſerat, an ſuas quiſque defenderet munitiones, ne ex pluribus partibus hoſtis perrumperet. Duces quoque & Tribuni nihil omnino audebant movere, poſtquam ſuas legiones in a-

ciem maxima cum difficultate digeſſerant, ſine generalis Ducis, quem conſultum miſerant, juſſu. Primi tormentorum ictus Volleſtainum haud profunde ſomno immerſum, qui vix cum in expeditione moratur, ſomnum capere ſoleat, excitavere; qui ſtrato protinus deſiliens, & quid eſſet conjiciens, claſſicum canere ſuos tubicines juſſit; aſcenſoque equo, cum iis qui accurrerant militibus, auliciſque, eam partem verſus in qua hoſtem eſſe, & pugnari videbat, greſſum direxit; cum adeſſe Gallaſium, & Aldringherum laborantibus Aldobrandino, & cæteris accepit, atque hoſtem jam extra vallum pepuliſſe: tunc verſo curſu firmandis militum animis tota obequitavit caſtra, totumque equitatum cum aliquibus peditum legionibus exire, & hoſtis terga aggredi præcepit, reliquos ſuis ſtationibus inſtructa acie inſidere, ac hoſtium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſtium conatus obſervare mandavit: ipſe iterum, his ita diſpoſitis, ad locum pugnæ perrexit cum aulicis, ut propior ſi quæ occurrerent, adeſſet, provideretque. Non ceſſabant inter hæc Suecorum tormenta noſtra tentoria evertere, ſine tamen militum damno, qui ſub vallum integris ordinibus progreſſi, à bombardarum globis tuti erant; at ubi pugnabatur brevi temporis lapſu ſolum cadaveribus ſtratum, trucidantibus primum Cæſareos Suecis, mox ubi hi ſomnum excuſſerant, vetantibus noctis tenebris æqua, aut iniqua diſcerni, mutuæ ſine delectu cædes, raroque occiſor ſine morte, aut gravi vulnere ab occiſo avellebatur, atque erat eo major pernicies, quo ob tentoriorum impedimenta ſcloporum interdicebatur uſus, atque adeo incerto miſſilium jactu haud res agebatur, ſed gladiis miſcebantur manipuli, manuſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

conſerebant cominus, ut unicuique induſtria, aut ſors favebat, unde latior ex certis vulneribus ſtrages; Jamque Cæſarei, quamvis ultra vires nitentibus contra tribunis, pedem referebant, cum prior Aldringherus, cujus diverſorium propius erat, ac inde Gallaſius cum valida equitum, peditumque manu aſtitere; tunc locum dantibus feſſis Cæſareis, qui hactenus hoſtem diſtinuerant, hi viribus integri Suecos adorti ſunt, & quanquam gnaviter repugnantes, occiſo pugnaciſſimo quoque, vallo deturbavere; neque hoc contenti, exeuntes caſtris expulſos Suecos perſequuti, ad internecionem delevisſent, ni novi integrique adfuiſſent manipuli, qui depulſorum locum ſubirent. Hic extra caſtra magno ardore concurſum, ſed ubi albicante horizonte advertere, qui ad noſtra caſtra acceſſerant, Sueci, Cæſareos equites, cum peditatu tendere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ad ſibi intercipiendum regreſſum, nemuſculum verſus, ubi reliquæ copiæ cum Rege opperiebantur, integris ordinibus Cæſareos ſuſtinentes, lento greſſu ſe recepere; ſequuti ſunt retrogrados noſtri, neque amiſere rei bene gerendæ occaſionem, trucidatis non paucis hoſtium; ſed ubi ad nemoris limites ventum, verſa prælii eſt facies: Porro conſpicatus ſuorum periculum Rex ſubſidia miſit, quæ non modo ſuos ſublevarunt, ſed etiam noſtros non parum afflixerunt: verum advenientibus Cæſareis, qui ad intercipiendos Suecos caſtris exiverant, in nemoris limite reſtauratum eſt prælium, acriterque utrinque dimicatum. Demum cedentibus Suecis in nemus pugna deducta eſt; nam Rex qui ſuſtinere fortaſſe poterat, ſi ea die acie decernere voluiſſet, cum toto exercitu confligere detrectavit, veritus fortaſſe, ne milites calamitate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

commilitonum, qui noſtro vallo dejecti fuerant, animis concidiſſent: in nemore tamen acriter ſupra duas horas tumultuarie dimicatum, non permittentibus arboribus, ut integris ordinibus concurreretur. Hic Ferrandus Caraffa audacter hoſti inſiſtens, perforato gravioris ſclopi globulo ventre, mortem oppetiit, magnæ ſpei adoleſcens, qui ante paucos dies legionis equitum præfecturam ſuæ virtutis præmium à Volleſtaino habuerat: Jo. Baptiſta quoque Chieſa peditum Tribunus, dum ſuam legionem in hoſtem ducit, crure plumbea glande leviter percuſſo, Salzburgi deinceps, quo ad curam devectus fuerat; occubuit. Melior Aldobrandino ſors cecidit, qui dum indefeſſe, ſtrenueque pariter hoſtes perſequitur, occiſo equo, pedes inter medios Suecos ſolus remanſit, atque illis vivum capere nitentibus, quem nobilem eſſe virum

cogno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

cognoverant, ipſoque eos gladio gnaviter arcente, ac flagitante, ut aliquis accederet ex ſuperioribus, cui ſe dederet. Petrus Magalottus Hieroſolymitanus eques ipſius commilito, ac ſpectatæ virtutis adoleſcens, cum aliquot equitibus viva vi irruens, è mediis hoſtibus illum ſtrenue ſuſtulit, datoque ſuo equo liberum impoſuit, quamvis cæſim ictu haſtatæ ſpathæ, ejus generis, quam partheſanam vocant, capite ſaucio. Sed cecidere in hoc quaſi juſto generalique prælio multi egregii milites, virique, & paſſim adhuc cadebant, cum Rex reductis prius intra caſtra tormentis, receptui cecinit, & prope Norimbergam exercitum in caſtra revocavit; neque noſtri ultra nemus illum ſunt ſequuti, reprimente militum ardorem Volleſtaino, qui defeſſos jam præliando milites, novo labori, diſcriminique exponere noluit, inſidias quoque for-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

taſſe metuens, ſi propius Norimbergam acceſſiſſet; atque adeo collectis hoſtium ſpoliis, in caſtra copias redire juſſit. Duravit hoc prælium ultra quinque horas, & tria Suecorum millia cecidiſſe dicuntur, non ſine noſtrorum ſanguine, quorum ſupra mille deſiderati ſunt; ſplenduitque Italorum virtus, ex quibus Carraffa, Coloredus, Chieſa præcipue contra hoſtes ſtrenue ſe geſſerunt; ac in primis Aldobrandinus gentilem in militia virtutem oſtendit, quem ob egregie hac die navatam operam Volleſtainus præter ſuæ ſeveritatis morem ſaucium inviſit. Cæterum non bene liquet, cur hoſtis prælium detrectarit, cujus antea ſe valde cupidum oſtentaverat, ni forſan eſſet veritus, ut diximus, ne territi fuiſſent ſui milites ea clade, quam commilitones aggrediendo Cæſarianorum caſtra acceperant. Sunt qui dicant non totum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Regis exercitum cis Pegneſum venisse, ideoque noluiſſe Regem prælii aleam minori numero militum ſubire. Verum quomodocunque hoc fuerit, res ita ſe habuit, & ſequentes aliquot dies medendis vulneribus inſumpti. Guſtavus tandem xiij. Calendas Octobris exercitum caſtris eduxit, & poſtquam ultra Pegneſum aliquot horas inſtructa acie conſtitit, relicto Norimbergæ eodem Slammerdorſio, qui antea ejus civitatis habuerat curam, Franconiam verſus diſceſſit. Croatæ noſtri, ac Poloni, qui ad ſcrutandos hoſtis motus ierant, leves velitationes habuere; Cæterum Volleſtainus nihil moveri paſſus eſt, hoc contentus, quod hoſtem loco patientia pepuliſſet, reportaſſetque quodammodo victoriam. Ac quoniam Guſtavus intacta ſua caſtra reliquerat, ſuſpicatus ne aliquid ille per inſidias moliretur, intra ſua caſtra quattuor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſequentes dies ſe continuit, Norimbergenſes interea tentans, an deditionem facere, & in gratiam Cæſaris vellent redire; Illi vero præſidio confiſi, perfide in fide erga Regem perſtitere.

20. Quamobrem Volleſtainus octavo Calendas Octobris, combuſtis ſuis, Regiſque caſtris, vaſtatoque ac incenſo Norimbergenſi tractu, cum Bavaro profectus eſt, haud tentata civitatis expugnatione, quam bene munitam eſſe, & præpotenti firmatam præſidio ſciebat; ac ſecundis caſtris in Forchaimi vallem unde Sueci receſſerant Norimberga viginti millibus paſſuum procul pervenit. Et quoniam milites equique extenuati rerum neceſſariarum penuria, ægre itineris laborem tolerabant, exercitum in ea valle diſtribuit, quæ neceſſariis omnibus rebus affatim abundabat; argumentum non exiguum, non laboraſſe Suecos pabuli inopia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

inopia, dum apud Norimbergam fuere, cum adeo propinquam vallem intactam reliquiſſent, quam alias vel ob hoc ſolum devaſtaſſent, quod Catholicorum eſſent prædia, ipſique ruſtici Catholicam religionem ſequerentur. Hic octo dierum ſpatio refectus exercitus, atque interim miſſus in Sileſiam cum aliquot legionibus Gallaſius, qui Arnemii illam provinciam devaſtantis progreſſus ſiſteret. Marchio quoque de Grana cum delectis militibus Volleſtaini juſſu profectus, Porraite prope Norimbergam civitate potitus eſt, retulitque opulentam prædam. Verum poſtquam Volleſtaino viſum eſt ſatis requiei datum, quarto nonas Octobris Forchaimo Bambergam deſertam à Suecis diſceſſit, obſervandis hoſtium conatibus, qui apud Herbipolim poſuiſſe caſtra dicebantur; ſed ubi illos in Virtembergam ſecedere animadvertit, importunum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

duxit ſequi, atque ita ſuos milites defatigare, nihilque proficere; flexo igitur ad dexteram itinere, Generalem ordinum ductorem Cronemburgium, cum quattuor militum millibus præmiſit, qui Coburgum Franconiæ itidem civitatem adoriretur, ipſeque mox ſequutus, facili negotio civitate potitus eſt. Nam quingenti ſclopetarii, qui in ea erant, poſt levem velitationem in arcem receptum habuerũt. Hic nonnulli dies quietidati, & arx tentata, ſed cum ſitu, & munitione egregie firmata eſſet, vanus fuit labor. Interim Norimbergenſes ſua urbe erumpentes poſt Cæſarianorum diſceſſum, Suavochium, ubi ægroti remanſerant, expugnarunt, atque in ſemianimes ſævientes ulciſci injurias ab hoſtibus paſſas ſibi ſunt viſi; Rex vero poſtquam apud Herbipolim reſumendis viribus aliquot dies commoratus eſt, in Virtembergenſem Ducatum copias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

pias duxit, ut ibi quoque exercitum reſtauraret; atque ut Bavarum à Volleſtaino divideret, Bannerum cum valida manu in Bavariam ſubmiſit, qui in regionem excurreret, devaſtaretque.

21. Quod ubi Bavaro apud Coburgum nuntiatum eſt, habito cum Volleſtaino ſuper rerum ſtatu colloquio, acceptiſque ab illo aliquot legionibus cum Aldringhero, Aldobrandino, & aliis ad defendendam ſuam ditionem pridie idus Octobris diſceſſit, Volleſtainus quoque poſtera die, cum nihil contra Coburgenſem arcem proficeret, expilata civitate, Miſniam verſus cum reliquo exercitu, qui decem militum millia non excedebat, profectus eſt, ductoque per opulenta loca milite, ut præda ſibi conciliaret, apud Suichaviam Holcam cum iis militibus, quos in prœſidium occupatarum civitatum retinuerat (namque Gallaſius

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

in Sileſiam cæteros abduxerat) aſſecutus eſt, inde capto ex itinere Aldemburgo, Lipſiam caſtra movit, cumque imperatam deditionem facere cives abnuerent, ſubire mœnia legiones juſſit, tormentaque admoveri, ſed cives ſuæ debilitatis gnari, altera die civitatem dedidere, in arcem dilapſis nonnullis Saxonibus, qui urbi præſidio inerant, & poſtera deinceps die deditionem quoque fecerunt. Acta hæc ſunt circa Novembris Calendas, cum jam rigeſcente cœlo miles in aperto ægre commorari valeret, quare Volleſtainus, qui hyemem in expeditione traducere non conſultum ducebat, hyberna providere conſtituit. Videbatur Miſnia aptiſſima regio, ſi ita muniri poſſet, ut hoſtis improviſo invadere nequiret, quod ſecuturum videbatur, ſi Torgavium expugnaretur, atque adeo ad illud expugnandum Holcam cum majori exer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

citus parte ire juſſit, dum ipſe podagræ valetudine, Burſili apud Lipſiam detineretur. Eſt Torgavium Miſniæ munita ſatis civitas trans Albim ſita, ad quam ſuper Albim pons conſtructus eſt. Diſtat Lipſia viginti paſſuum millia, retuleratque Coloredus, qui cum Croatis ad illam ſcrutandam perrexerat, haud præpotenti præſidio firmatam eſſe, quare Holca pridie nonas Novembris, deducto ex ſtativis quæ prope Lipſiam erant exercitu, ad eam iter direxit, occupato in itinere Ailemburgo, ſed ubi ad milliare prope Albim ventum eſt, egreſſus cum valida equitum, peditumque manu hoſtis, Cæſareos quibus præcurrere obvenerat aggreſſus fudit; atque cum in civitatis conſpectum venimus, munita urbs, extructis extra mœnia munimentis, atque ante pontem opus cornutum firmo præſidio cuſtoditum apparuit. Holca itaque dum hoſtem velitando detinet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tinet, ad Volleſtainum citato curſu nuncium mittit de civitatis ſtatu, interrogatque an eſſet expugnatio ſibi tentanda, ſed antequam nuncius hic ad Volleſtainum perveniſſet, ab eodem miſſus alius Holcam Lipſiam verſus revocavit: namque volebat Volleſtainus ſuis copiis Popennaimi exercitum addere, quem jam prope eſſe reſciverat, ut cum Rege manus poſſet conſerere, qui ex Virtemberga magnis itineribus in Miſniam tendere dicebatur.

22. Saxo enim ut primum Cæſareum exercitum Miſniam ingredi ſenſit, veritus ne tranſmiſſo Albi in Saxoniam Volleſtainus duceret, & ſe tota ditione ſpoliaret, Regem de ſuo ſtatu admonuit, atque enixe poſtulavit, ut coacto quamprimum exercitu in ſubſidium properaret: accitis interim tumultuarie militibus ex Saxoniæ delectibus Torgavium ſex mille militum præſidio firmavit,

mavit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

mavit, revocavitque ex Sileſia Arnemium, ut pluribus ex partibus ſibi conſuleret. Rex vero ſimulac Saxonis periculum audivit, collectis copiis ex Virtemberga diſceſſit, juſſitque ex Bavaria Bannerum quoque ſequi, atque facto per Franconiam, ac Turingiam magna cum celeritate itinere, in Miſniam Erfordiam uſque progreſſus eſt. Serius Arnemius relictis in Sileſia præſidiis, Torgavium in Saxonis ſubſidium venit. At Popennaimus ex Belgio redux, poſtquam cum Hiſpanis ſubſidium ferre obſeſſo ad Moſam Trajecto fruſtra tentaverat, relicta in inferiori Saxonia ſuorum militum parte, Miſniam verſus iter intendit, ac poſtridie nonas Novembris cum Volleſtaino apud Merſpurgum ſe conjunxit. Conſtabant Popennaimi copiæ duodecim veteranorum militum millibus; atque adeo cum iis, quos Holca habuerat, Cæſareus exercitus omnino

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ad viginti quinque millia aſcendebat: quibus viribus confiſus Volleſtainus, contra Regem tendere decrevit, & certaminis fortunam experiri, cum ille ſupra viginti millia militum non habere diceretur. Collectis itaque vaſis quarto idus Novembris Lutzen uſque progreſſus eſt, civitatem decem Lipſia paſſuum millibus procul; poſtera die Vaiſſenfeldam, ad fluvium Salam poſitam, totidem à Lutzen milliaribus, venit; atque inde Comitem de Suiſſe cum ſua peditum legione, & cum ſua equitum Tribunum Bredavium miſit, ad occupandum Namburgum civitatem ad eundem trans Salam valde opportunam; ſed jam Suecorum prima agmina, trucidatis aliquot Cęſareis, qui in ea erant, illam occupaverant; quod conſpicati Bredavius, & de Suiſſe, Vaiſſenfeldam ad Volleſtainum pedem retulere.

23. Porro Rex Namburgi opportunita-

tunitatem cognoſcens, cum ad ſe venire Volleſtainum intellexit, illo potiri voluit, ne Cæſarei Salam tranſirent, atque eo cum toto ſuo exercitu proceſſit, miſſiſque in noſtrum conſpectum quattuor equitum millibus, ipſe à nobis quattuor milliaribus diſtans in acie conſtitit. Quod ubi Volleſtaino nuntiatum eſt, ante Vaiſſenfeldam & ipſe ſuam aciem inſtruxit, opinatus non refutaturum Guſtavum pugnam, miſſiſque equitum aliquot legionibus, quæ hoſtem diſtinerent, prælii ſignum dedit; ſed Rex, qui operæprecium non ducebat, iniquis viribus, & ex hoſtis optione confligere, poſt leves velitationes nonnullas, ſuos equites revocavit, & circa Namburgum ſtativa diſpoſuit, ac vallum excitare incepit; & Volleſtainus hoc intellecto ſuum quoque exercitum circa Vaiſſenfeldam diſtribuit, obſervaturus quid Rex moliretur; ſed cum ille ſuis muni-

munitionibus contineretur, neque ſui copiam faceret, bellicum concilium cogi juſſit, conſulique an ad Regem aggrediendum ire præſtaret; quidve faciendum eſſet omnino. Retulerat caſtrametationis præfectus Deodatus, qui cum Croatis ad ſcrutandas Namburgum vias miſſus fuerat, eſſe collibus præpeditum iter Regemque præter ſitus munitionem, arte quoque ſe muniviſſe: Quapropter Popennaimo, & reliquis, quos Volleſtainus conſuluerat, viſum eſt haud utile hoſtem adeo iniqua ſitus poſitione aggredi, ſed præſtare opperiri, donec locum illum deſereret, & in apertiora prodiret. Sic duos dies circa eandem civitatem Vaiſſenfeldam commoratum, cumque itidem Rex ſuis munitionibus non exiret, ſæviretque jam hyems, & vix militaria munia præ frigore obiri poſſent, allatumque eſſet Coloniam Agrippinam ab Henrico Berghenſi Comite obſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

obſideri, decrevit Volleſtainus ſuos in hyberna milites reducere, mittereque Popennaimum, qui obſeſſæ urbi opem ferret, ne Catholicis opportuniſſima, & maximi momenti in Germania civitas, amitteretur. Datis itaq; duabus Croatarum legionibus illum ad ſuas reliquas copias, quas prope Viſurgim ſub ductu Cronsfeldenſis Comitis reliquerat, ire, & obſeſſæ urbi ſuppetias ferre mandavit, colligereque ſi opus eſſet novos in Veſtphalia milites; tradidit inſuper ſex peditum, & quattuor equitum legiones, quas occupata in itinere Halenſi arce, quam ducenti Sueci milites tenebant, in ea civitate, & circuitu in ſtativa diſtribueret, pergeretque inde ad deſtinatam expeditionem. Scilicet ideo occupare Halam Volleſtainus elegerat, militeſque imponere, quia toti exercitui ita in Miſnia ſtativa diſtribuere decreverat, ut ſi aliqua pars à Rege tentaretur, obſtare

Cæſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Cæſarei poſſent, donec à vicinis ſtativis ſubſidium haberent, qua de cauſa & multos ſimul milites collocare oportebat, & deſignare ad invicem propinqua ſtativa, eratque Hala deſignatis aliis admodum proxima: his ita diſpoſitis Popennaimus cum ſuo milite Vaiſſenfelda Halam verſus profectus eſt: qua die & Volleſtainus Lipſiam verſus movit; & quoniam interruptæ viæ impedimenta detinebant, non ultra Lutzen progreſſum, ubi etiam ſequenti die ob hæc eadem impedimenta commoratum eſt; hinc Volleſtainus Comitem de Suiſſe, & Tribunum Contreram cum ſuis legionibus Suichaviam, & Aldemburgum miſit, qui illa loca ad omnem eventum præſidio tenerent, ne ab ea parte hoſtis ſibi regreſſũ in Boëmiam præcluderet; Guſtavus vero ubi diſceſſiſſe Popennaimum à Volleſtaino cognovit, relictis Namburgi impedimentis, poſt Volleſtainum movit, ut

infe-

inferiorem militum numero opprimeret, atque xvij. Calendas Decembris Vaiſſenfeldam uſque proceſſit. Reliquerat Vaiſſenfeldę Volleſtainus cum centum militibus Centurionem ad ultimi agminis cautionem, quem ut reciperet Generalis ordinum ductor Coloredus major, cum Croatis Vaiſſenfeldam uſque perrexerat: hic recepto cum militibus Centurione advenientes Suecorum manipulos vidit, qui ad occupandam Vaiſſenfeldam properabant; quo viſo Coloredus Croatas aliquot ſcrutatum miſit, qui totum advētare Regis exercitum nuntiarunt. Tunc ſuis Croatis in acie diſpoſitis ad Volleſtainum cum nuntio de Regis adventu Coloredus reverſus eſt, inſequēte hoſte, qui unam Croatarum turmam capto vexillo delevit; vergebat ad veſperam dies, cum Volleſtainus venire Regem à Coloredo accepit; non excedebat duodecim millium numerum Cæſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

reus exercitus, ideoque haud conſultum quibuſdam videbatur, expectare Regem, quem majores habere copias certum erat; ſed ſperabat Volleſtainus fore, ut Popennaimus, qui viginti tantum milliaribus diſtabat, ante Regem adeſſet, atque ita æquis viribus confligeretur; miſſo itaque Halam ad illum nuntio, hoſtem opperiri conſtituit, ac dato prælii ſigno, legiones Lutzen, ubi principale erat diverſorium, convocavit, eodemque veſpere ſub dio aciem diſpoſuit. Ipſe mira diligentia cuncta percurrens, luſtranſque, eam noctem inſomnem tranſegit. Interim Popẽnaimus poſtquam Vaiſſenfelda diſceſſerat, Halam progreſſus, eam civitatem expugnaverat, ſubibatque arcem, cum nuncium à Volleſtaino accepit, oportere ſe Lutzen ſuas copias ducere, & periclitantibus ſubſidium ferre. Tum per tympaniſtas ad ſigna milites acciri jubet; ſed illi in civitate diſperſi,

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

prædæque intenti tarde nimis coibant, quamobrem Popennaimus juſſo reliquo exercitu confeſtim ſequi, cum tribus equitum, & una Draconum legionibus, in viam ſe dedit, impatiens moræ, metuenſque ne ſero nimis ad pugnam accederet.

24. At Rex xvj. Calendas Decembris ultima vigilia acie inſtructa Lutzen verſus ad aggrediendum Volleſtainum movit: eſt Lutzen ignobilis civitas, decem paſſuum millibus Lipſia procul, diſtanſq; ab eo agro, ubi ſuperiori anno Tyllius fuſus fuerat non ſupra quinq; milliaria; patet lata circumquaq; planities, & qua ad Eurum ſpectat procul Lutzen mille fere paſſibus pagus jacet, à quo nemus objecto civitati latere Corum verſus extenditur; ad meridiem Vaiſſenfelda ſita eſt. Inter nemus & Lutzen, prope viam, quæ Lipſiam ducit & ab ea civitatis parte, quæ eodem ſpectat, ne ab hoſte ordinum diſpoſitio ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſervaretur, Volleſtainus ſuam aciem verſa ad Eurum facie diſpoſuerat, in varios pro more militiæ diſtinctam manipulos; & quoniam militum anguſtus erat numerus, in ſiniſtro latere, quod ad nemus ſpectabat, proſpectuique hoſtis objiciebatur, impedimenta, & circa ipſa calones equis inſidentes collocaverat, ut hoſti appareret copioſior exercitus; videbaturq; à longe cernentibus equitum magna acies, quæ terga firmaret; namque in ultima parte poſuerat, cum ne ab hoſte dignoſcerentur, tum ne in fugam verſi calones reliquos ordines turbarent; diſtabat ſiniſtrum hoc latus à nemore ad machinæ ictum, dextrum pneumaticis molis, quæ apud civitatem erant, hęrebat, jacebatq; Lutzen ad Africum, atq; omnino noſtra acies poſito ad Africum dextro latere, ad Aquilonem ſiniſtro, ad Eurum, ut diximus, ſpectabat. Porro ante peditũ aciem foſſa ad alia opera à ruſticis

ducta obvenerat, quam Volleſtainus ſclopetariis implevit; cæterum univerſus ſitus paulo adjacentibus depreſſior, totum tegebat exercitum, ut nemo accedere poſſet, quin deſtinatis ictibus objiceretur, atque erat omnino talis, qualem Ducis prudentia eligere potuiſſet: nam quamvis aliquibus ſatius videbatur occupare nemus, ac ad ipſius initium poſitum pagum, civitatemq; Lutzen firmo ſclopetariorum pręſidio munire, inde aciem propius hoſtẽ conſtituere, non aderant tamen tot milites, quot ad id exequendum requirebantur. Accedebat, differri certamen, ſi eo in ſitu moraretur acies, ubi fuerat diſpoſita, cum longius ab hoſte diſtaret, atq; ita tempus dari Popennaimo, quo cum ſuo exercitu adeſſet; itaque Volleſtainus inſtructa ut diximus acie, collocatiſq; opportune tormentis, hoſtem præſtolabatur; interim ordines, manipuloſq; circumequitans, quamvis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

haud interrupta ſilentii ſeveritate, ſola tamen præſentia, aſpectuque ac blanda majeſtate benevolos milites ad ſtrenue rem gerendam accendebat; qui læto fremitu victoriam augurantes, circumeuntem excipiebant Ducem, quem ſtrenuos, ac ignavos pariter debitis non defraudare præmiis, aut pœnis ſciebant. Atqui Rex ubi in noſtrę aciei conſpectum venit, cognovitq; æquiorẽ pro nobis ſitum, veritus, ne ſi inter nemus, & Lutzen ad nos accederet, infeſtis utrinq; ſcloporum ictibus infeſtaretur, miſſis militibus, pagum, qui ad principium nemoris, jacet, ſcrutatur, equitatuſq; partem ad tentandum Lutzen pergere jubet: cumq; indefenſum, qui ad nemoris principium eſt, pagum nanciſceretur, illum occupat, ac mox ſoluta acie in nemore iter carpit. Hoc Volleſtainum in eam opinionem adduxit, ut crederet, nihil moliturum Regem, velleque illum Torgavium

tendere,

tendere, ut Arnemio, qui eo cum ſuo exercitu ex Sileſia venerat, ſe jungeret. Inter hęc excurrentes Sueci equites Lutzen tentarunt, & Cæſarei incenſis ſuburbiis, cum illud tenere non curarent, ad ſuos in aciem ivere: Popennaimus quoq; cum iis, quos diximus, equitibus, & Draconibus advenit, cui recedẽte calonum turba cum impedimentis, quæ Volleſtainus, Lipſiam verſus tendere juſſit, ut Popennaimo locum darent, in ſiniſtro latere locus aſſignatus eſt, in ea parte, in quam veriſimile erat hoſtẽ impetum non facturum, ut feſſi ex itinere milites, equique vires reſumerent. Guſtavus vero, ubi dimidiæ horæ ſuis requiem dedit, reſtauratis ordinibus, inſtructaque iterum acie, milites ita affatus eſſe dicitur. En ſuperioris anni eundem locum milites, atq; Tyllium, alium, qui non ſecus ac ille in noſtras manus incidit incaute: & quãvis iniquo paululum loco pugnaturi ſimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

de victoria tamen non dubito, quam mihi veſtra virtus, & numerus, quibus hoſtes pręſtatis, certo promittũt. Nobis audacia ſolum, factoq; opus eſt, milites, nihil aliud ad victoriam conſequendã requiritur: nam quamvis æquiori pro ſe ſitu diſpoſitis ordinibus nos hoſtis operiatur, Popennaimus tamẽ abeſt, cum majori, melioriquе exercitus parte, ibi calones, lixæque ac ægroti, vix ſuſtinentes arma, & mox avolaturam animam, in acie conſiſtunt. Aggrediemur nos illos, fugient primum aggredientium impetum ſcio, & vos iis fuſis ea præda potiemini, quam ex Franconia Miſniaque, ex ſuis pariter ac noſtris amicis prædatores iſti, nemini parcentes retulerunt: ſepeliemuſq; illos in propinquo cum iis tumulo, quos ſuperiori anno in hoc eodem tractu trucidavimus. Hæc fatus bipartito irrumpere milites jubet; pedites quidem, ac ſiniſtrum equitum agmen fron-

frontẽ noſtræ aciei adoriri, dextrum vero equitum cornu in noſtrum ſiniſtrum ex nemore impetum facere. Seſquihora ante meridiem cœpta à machinis pugna, quibus accedens hoſtis, haud ſegnius ſuis utens, exceptus, cadebantq; plurimi hinc inde, ac Cæſareus miles occupato loco inſiſtens, in veſtigio Suecos expectabat, quibus cominus rem agere properantibus, intermedius campus evanuit, deturbatiſque iis ſclopetariis, qui in fovea ante aciem poſiti fuerant, Sueci noſtræ aciei frontem aggreſſi, facto vehementi impetu ſex machinis ſunt potiti, quibus in noſtros verſis damnum non ſpernendum attulere; inclinabatq; jam acies, ni ſubſidio accurrens cũ valida manu Volleſtainus, hoſtem repuliſſet, qui cum occupatas machinas defendere non valeret, aſportatis duabus, reliquas immiſſis in alterum foramen clavis inutiles reddidit, & noſtri ur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

gentes trans foſſam iterum Suecos pepulerunt. Sic in hac parte prælia-batur, cum dextrum Suecorum equitũ agmen, Croatas, Polonoſque, qui ante ſiniſtrũ noſtrum cornu ſtabant, invadens, nequeuntes ob equorum humilitatem impetum ſuſtinere, in fugam vertit; atq; hi in cæteros incidentes, ruptis ordinibus totum ſiniſtrum agmen in fugam ſecum abſtraxere; quod cõſpicatus Guſtavus, qui hactenus in hac moratus fuerat parte, juſſo Hornio hoſtem perſequi, ad frontem noſtrę aciei ſe tranſtulit, unde Suecos fuiſſe repulſos intellexerat, ſcrutaturus debiliorem partem, atque in eam impetum facturus, ſed cum obſervandi gratia propius noſtros acceſſiſſet, gravioris ſclopi glande ſiniſtro brachio comminuto delapſus in deliquium, ab aulicis flexo ad ſuorum dextrum latus itinere, ne per manipulos tranſiens milites terreret, ad curandum deducebatur, cum in

quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

quandam noſtrorum equitum legionem, redeuntem ad prælium, incidens, dilapſis aulicis, trucidatus ab ignaris, quem occiderent, militibus atq; ſpoliatus eſt. Ferunt cum imminens vidiſſet periculum, neq; ſalutis ſpem eſſe, oraſſe Franciſcum Albertum Lauvemburgicũ, è Saxonię Ducũ familia, qui ſolus ſuſtinendo Regi remanſerat, ut poſtquam perierat, ipſe ſibi conſuleret; vulgataque ſunt ipſius ad Lauvemburgicũ verba Gallico idiomate prolata, quæ latine ſonant; perii, tibi conſulas frater; noluiſſe tamen illum deſerere Regem, atque aciem ſuam verſus aſportare niſum, donec ab aſſultantibus quattuor Cæſareis, qui ante legionem ad ſe cucurrerãt, interceptus, dum brevioris ſclopi ictũ vitat, Regem, quem amplexu ſuſtentabat, dimittit, atque ambuſta ſulphureo pulvere facie, elabitur. Sic periit Guſtavus derelictus ab omnibus, qui juvare alios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

profitebatur. Interim Popennaimus noſtrorum ſiniſtri agminis fuga principio à prælio quoque avulſus eſt; ſed reſtauratis mox cum Holca ordinibus, inter primos dimicans inſequentem Hornium ſtitit, repulitque, & prælium jam in priorem locum ſua virtute reſtituerat, cum ſelibrali tormenti pila renibus trajectus, ad ſuos commilitones verſus interrogavit, an vera Regis mors eſſet, quam fama jam per noſtrum exercitum vulgaverat, cumque ita eſſe reſciviſſet; Ite, inquit, nuntiate Megapolitano Duci me ita ſaucium eſſe, ut vivendi ſpem amiſerim, læto animo tamen mori, cum implacabilem illum Catholicæ religionis hoſtẽ ante me diem obiiſſe ſciam, inde dum ab aſſeclis Lipſiam verſus rheda deveheretur, poſt dimidiam ab accepto vulnere horam, ſancto pœnitentię ſacramento refectus, vir eximius moriens immortale ſui deſiderium reliquit. Amiſſo Popen-

naimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

naimo noſter ab ea parte equitatus manifeſte in turpẽ fugam ſe vertere; neque ſecius qui ad dexteram poſitus fuerat, fecit, exceptis comite Terzca, Ghettio, nonnulliſque aliis tribunis, qui cum ſuis legionibus diutius reſtitere, ſed cum hoſtilem impetum tolerare non poſſent, ipſi quoq; Lipſiam verſus ſe recepere. Solus Octavius Piccolomineus cum ſua legione inter medios hoſtes intrepide uſque ad prælii finem ſtetit; factaq; ſepties irruptione, ac edita late ſtrage, amiſſis quinq; equis, qui ſub ſe fuerant confoſſi, & ſupra ducentis militibus, ipſe ſex ſclopi ictibus ſaucius adhuc pugnans, optimi fortiſſimique militis, ac Ducis nomen promeruit. Cæterum ea fuit noſtri equitatus fuga, ut demiſſis, provolutiſque in cœno ſignis, citatiſſimo curſu aliquæ turmæ Lipſiam uſque perfugerint, cum inſequentem neminem poſt terga haberent; admiſſoque novo flagitio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

majorem effecerunt culpam, namque Lipſiam prope cum in noſtra impedimenta, quæ eo deducebantur, incidiſſent, majorem eorum partem expilarunt; ſtrenui quidem milites, qui ſine præda omnino à certamine diſcedere noluerunt. Dilapſis noſtris equitibus totus hoſtium impetus in pedites incubuit; jamque medios intercludere Sueci proceres, diſſimulata Regis morte, parabant, cum temporis momento circumfuſa caligo lucidiſſimi antea ſolis radios obtenebravit ac utrumque exercitum texit; Eapropter Sueci ſuſpicione detenti, opportunitate oblata minime uti potuerunt, ſed continuato prælio ad noſtræ aciei frontem, fundere reſiſtentes pedites conabantur. Hic uſque ad primam noctis horam ſine intermiſſione pugnatum eſt acriter, tutantibus locum ſtrenue Cæſareis, vehementique niſu inſiſtentibus Suecis, & Volleſtainus, qui quamvis haud

firmus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

firmus valetudine, ac brevioris ſclopi glande læſus in femore eo ſemper accurrens, ubi maximũ erat diſcrimen, nihil ea die omiſit, quod aut ad militem, aut ad Ducem ſpectet, potuit hoſtem ſuſtinere, & ſuos continere in acie, donec dirempti noctis tenebris milites, dirigere amplius vulnera nequirent: tunc uterque exercitus receptui cecinit, & Volleſtainus quamvis Hala reliquæ Popennaimi copiæ adveniſſent, inconſultum tamen duxit iterum ſequenti die feſſos, atque impaſtos milites, novo labori diſcriminique objicere: relictis itaq; accenſis ignibus, & viginti duabus machinis, altera poſt ſolis occaſum hora, ſilentibus tympanis Lipſiam verſus ſe recepit; quod Sueci conſpicati, uſq; ad pneumaticas molas cum toto exercitu acie inſtructa proceſſere, ibique traduxere noctem, haud Volleſtainũ inſecuti, quod inter noctis tenebras inſidias vererẽtur. Duravit ſex horas

hoc

hoc prælium, adeo præfracte pugnantibus militibus, ut majori cum pertinacia nuſquam pugnatum ſit, fuerintque milites, qui projectis armis mordicus hoſtem aggrederentur, eatenus rabies excanduerat. Et talis quidem fuit Lutzēſis pugna Lipſenſi non inferior, quarum utraq; iniqua Cæſareis fuit, ob equitatus ignaviam, qui ſuas partes non egit, innotuitque poſteris, quanti equitatus in campeſtribus præliis ſit momenti, ac ſatius eſſe, ut dimidia pars ſit peditum, & equitatus ſuperet, quam æquis conditionibus cum hoſte decertare: Et tametſi, reſpecto militum numero hæc Lipſenſi fuerit minor, illam tamen præliandi atrocitate, & illuſtrium virorum ſtrage ſuperavit. Namque ex parte Cæſarea præter acerrimum Catholicæ religionis propugnatorem Gotofredum Popēnaimum, Ducem longiori vita, atque æterna memoria dignum, qui ſupra centum cicatrices

acce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36



GODOFRIDUS HENRICUS
COMES PAPENHEIMI
S. CÆS: MAI: EXERCITUS
DUX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

acceptorum in præliis vulnerum in ſuo corpore numerabat. Fuldenſis Abbas Benedictinus monachus, ac Princeps imperii, dum pie Crucem præ manibus geſtans manipulos ad ſtrenue pro fide Catholica pugnandum hortatur, miſere ab hoſte dilaniatus mortem oppetiit; & Bertholdus Volleſtainus Ducis generalis cognatus, ſuæ legioni aſſiſtens ita vulneratus eſt, ut poſt nonnullos dies deinceps Pragæ occubuerit; quod idem & Prainero Generali tormentorum pręfecto accidit. Multi pręterea nobiles alii viri, Tribunique deſiderati ſunt; ac ex Suecorum parte pręter Guſtavum haud pauci egregii milites cecidere; atque omnino ex utroque exercitu ſeptem militum millia periiſſe creduntur, majori Suecorum clade, qui iniquo ſitu expectantes Cæſareos adoriebantur; vulneratorum idem fere fuit numerus, qui militum, ac ex officialibus præſertim,

&

& proceribus vix unus ex hoc conflictu ſine vulnere exivit, neque immunis ipſe Volleſtainus fuit, qui, ut diximus, in femore percuſſus fuerat: ſuperſtites vero ſine vulnere haud omnino calamitate caruere, namque aliqui amiſſam ſupellectilem, equoſve aut amicos doluere, multi pericula ſubiere haud exigua, atque inter alios Franciſcus Medicæus minor ex duobus Florentiæ Ducis fratribus, qui in Germania militant, quique huic prælio interfuere, diſcerpto equo bombardę ictu, ex magno diſcrimine mire ſervatus eſt. Amiſſa ſunt viginti duo tormenta, & impedimentorum pars, quæ equorum defectu aſportari nequierunt; ac nonnulla vexilla, quamvis ex his plura noſtri lucrati ſint, cum hoſtem iterũ trans foſſam repulerunt, & Piccolomineus multa acquiſierit; multi quoque, ex noſtris in captivitatẽ à Suecis abducti ſunt; cęterum occiſi Regis gloria ad quem

ſpectet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

ſpectet incompertum eſt: hoſtes quidem Holcæ, aut Ghettii legionibus tribuunt, & Holcę tubicen ejus calcar oſtendit; at Piccolomineus thoracem habet ex Alcis corio, qui is eſſe fertur, quem Rex ea die geſtaverat, & Piccolominei commilito Buccella dum campum excurreret occiſum Regem cognoviſſe dicitur, cujus alias fuerat captivus, ac Piccolomineo oſtēdiſſe, qui fidem aſſerenti non adhibuit; neque de Regis veſtibus aliud extat, & Cyanos, quam aurea catenula appenſam collo geſtabat, ſingularis magnitudinis gemma, atq; antiquum Sueciæ Regum munus, nuſquam inventa eſt, quamvis Rex omnino ſpoliatus in campo deinceps repertus ſit.

25. Atqui Volleſtainus Lipſię, quo ſe receperat, non ſupra tres horas quievit, ſed relicto in arce præſidio, Boëmiam verſus caſtra movit; habuitque apud Fraibergam cum ſuis copiis obvium Gallaſium, quo in Si-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

leſiam iterum dimiſſo, ac munitis Chemnitio, Fraiberga, Frauvenſtaino, Suichavia, & Aldemburgo, reliquos milites in Boëmiam, ac propinquas regiones in hyberna diſtribuit, novum præparaturus exercitum ad ſequentis anni expeditionem. Sueci vero colligendis funebris victoriæ ſpoliis uſque ad alteram poſt ſolis ortum horam ſequentis diei in campo conſtitere, ac poſtmodum aſportatis noſtris tormentis, cum Regis cadavere Vaiſſenfeldam retroceſſere. Hic lugubri juſtitio aliquot dies dati, & militaria munia intermiſſa; ac Guſtavus aromatibus conditus in plumbeam capſam demiſſus eſt, deportandus in illud Regnum exanimis, quod vivens alieni ambitione deſeruerat. Sic æterna providentia (namque humanæ induſtriæ Regis mors minime poteſt adſcribi) ut à principio noſtræ hujus narrationis diximus, poſtquam ſibi viſum eſt ſatis

tis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

tis in peccantes Catholicos animadverſum, libidini hujus hominis occurrit, cui totius orbis dominium exiguum videbatur. Erat Guſtavus grandiori corporis ſtatura, quam vulgo ſint homines, ac proportionata membrorum compagine, robuſtiſſimo corpore; candidaque facie, cum grandi naſo, ac ſubrufa cæſarie, & barba, ut in iis regionibus ut plurimum naſci homines ſolent, ſolumque in oculis inerat vitium, quorum obtuſam aciem dicitur habuiſſe. Laudabiliores erant animi dotes, quippe magnanimus, liberalis, affabilis, miſericors fuit; pius quoque ac juſtus, ſi hæreſim, & alieni Regni uſurpationem dempſeris, regnandiq; libidinem condonaveris: præterea linguarum ſtudium coluit, libereque Latinè, Italice, Gallice, ac Germanice loquebatur, callebatque militarem Architectonicen, & Mathematices non omnino erat ignarus; in

militari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

militari quoque diſciplina quam excelluerit, quantaque cum ſeveritate, & cautela in expeditionibus ſe gereret partim narravimus, ac ipſius alia geſta teſtantur; perveneratque permittente Deo, ad eum ſtatum, ut ſi huic prælio ſupervixiſſet, parem in terrarum orbe fortaſſe non habuiſſet; ſed ut vanum, & ridiculum eſt ob ſecundas res, atque ex animi ſententia egregie geſtas, aliquam in proſperitate ſpem ſitam habere, cum voti ſui culmen attigiſſet fere, confeciſſetque bellum, flexo, placatoque pii Cæſaris orationibus Deo, vix trigeſimum octavum natus annum, immanem trucemque mortem, quippe ſeptem vulneribus confoſſus, ſubivit, qui ſi in regno, quo jam pacifice fruebatur, vixiſſet quiete, ad ſenectam fortaſſe perveniſſet. Atque eodem menſe duos implacabiles Cæſaris, & Catholicæ religionis hoſtes Deus abſtulit; ſcilicet & Fridericus Comes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

mes quondam Palatinus Rheni hoc eodem menſe Novembri Moguntię febre correptus interiit. Verum enimvero ob Lutzenſem pugnam ab utraque parte Deo gratię actę; namque Cæſar indictis ſupplicationibus pro morte tanti hoſtis feſtos dies celebravit; & Proteſtantes ob partam victoriam in lætitiam effuſi minus Regis mortem ſenſere, quem etiam jam fere erant exoſi, dolebantque ſibi ea non ſervari quæ ille promiſerat, milites vero Sueci, finito juſtitio, juncti cum Arnemii copiis, non prius in hyberna deducti ſunt, quam ſub ductu Bernardi Vaimarienſis ducis, Lipſiam, Chemnitium, Fraibergam, aliaque Miſniæ loca, in quibus Volleſtainus præſidium reliquerat, recuperaverint; expulerintque ex tota Saxonis ditione Cæſareos.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

u. S. No. 106

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

f.:16.-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 36